

ACTA
CONGREGATIONIS
PROVINCIAE HISPANIAE

ORDINIS PRÆDICATORVM, CELEBRATÆ
in Conuentu Sancti Dominici Benauentani.
Die 27. Aprilis. Anni Dñi
1681.

SVB.R.A.P.N.

*Fr. HIACINTHO RVBIO, PRÆSENTATO, SAN-
ctæ Inquisitionis Calificatore, & Prouinciali
huius Prouinciæ.*



Anno

1681.

Vallif-Oleti: Ex Typographia Regia Ioseph. à Rueda.

A C T A
CONGREGATIONIS
PROVINCIAE HISPANIAE

ORDINIS PRÆDICATORVM, CELEBRATAE
in Conventu S. Pauli Dominici Castellani,
Die 7. Aprilis. Anni Domini
1681.

S. V. B. R. A. P. N.

R. H. ACINTIO RIVIO, PRÆSENTATO, R. A. P. N.
de las Religiones de S. Pauli Dominici,
de la Provincia de S. Pauli.



1681.

Anno

Vallid. Oler. Ex Typographia Regia Josephi Rueda



ÆC sunt Acta Congregationis Prouinciæ His-
paniæ Ordinis Prædicatorum, celebratæ
in Conuentu Sancti Dominici Benauenta-
ni, Die 27. Aprilis, Anni Domini 1681.
sub R. A. P. N. Fr. Hiacintho Rubio Præ-
sentato, Sanctæ Inquisitionis Calificatore,
& Prouinciali huius Prouinciæ. Diffinien-
tibus RR. A. PP. NN. Fr. Ildephonso de la

Vega Magistro, & nostri Collegij Sancti Gregorij Vallis-Oleta-
ni Regente. Fr. Sebastiano Martinez Magistro, Sanctæ Inqui-
sitionis Calificatore, & Rosarij Matritensis Priore. Fr. Ludouico
de Villazan Magistro, Sanctæ Inquisitionis Calificatore, quòdam
Prouinciali huius Prouinciæ, & Sanctæ Mariæ Regalis de Ato-
cha Priore. Fr. Matheo Caro de Montenegro Præsentato, &
Priore Benauentano.

DENUNTIATIONES.

DEnuntiamus in hac nostra Congregatione lectum fuisse Edi-
ctum Sanctæ Inquisitionis editum die decima Octobris, An-
ni Domini 1633. & admonemus iterum quod Priores, &
Præsidentes Conuentuum non tenentur illud notificare fra-
tribus determinate Feria sexta post Octauam Assumptionis, sed
sufficere illud legere quoties in Capitulo vel Refectorio, Acta Ca-
pitulorum, & ordinationes leguntur, iuxta priuilegium nobis
à Supremo Sanctæ Inquisitionis Tribunali super hoc concessum.

Item denuntiamus ad nos peruenisse Breue Sanctissimi
Domini Nostri Innocentij XI. subdata Romæ, die 20. Nouem-
bris, Anni Dñi 1677. in quo reuocantur omnes dispensationes,
& licentiæ à Reuerendis. Patribus Generalibus concessæ, a se-
quela Chori, quod præcipimus inuiolabiliter obseruari.

Item denuntiamus nobis missum fuisse à RR. P. N. Gene-
rali rescriptum Sanctissimi Domini Nostri Innocentij XI. Sub die
26. Nouembris, Anni Dñi 1678. contra euntes ad Curiam Ro-

manam, absque licentia sui Generalis, aut saltem Eminentissimi Ordinis sui Protectoris contra quos inquit Reuerendissimus P.N. Generalis) nos omni respectu personarum seposito inexorabiles fore quo ad inflictionem poenarum, quas cumque iudicabimus commerruisse illos qui absque legitima in scriptis permissione ex nativa sua Prouincia deinceps abserint Romam petituri, vel ad hanc Urbem eius de portas, sine prauia licentia qualitercumque accesserint.

Item notum facimus grauissimas poenas fulminatas esse tã à Summis Pontificibus, quam à pluribus Generalibus Capitulis contra recurrentes ad personas extra Ordinem nostrum constitutas, tam Ecclesiasticas, quam seculares pro obtinendis fauoribus: quarum præcipue sunt excommunicatio latæ sententiæ, à qua nequit absolueri etiam is, qui aliàs generalem licentiam habet absoluedi à casibus reseruatis, & censuris, priuatio omnium suffragiorum Ordinis tam in vita, quam in morte, suspensio ab omnibus functionibus Sacerdotalibus, priuatio omnium gratiarum, graduum, vocis actiuæ, & passiuæ, nomen infame destruetoris Ordinis, perpetua inhabilitas ad gradus, & dignitates Ordinis, poena grauioris culpæ, & carceris; & contra induratos maledictio Omnipotentis Dei, Virginis Mariæ, & S. P. N. Domini. Quapropter rogamus R. A. P. N. Prouincialem, vt seuerissime, & inflexibiliter obseruantia huius Apostolicæ constitutionis insistat, ita vt ad huiusmodi poenas infligendas exacta non exigatur probatio.

Item denuntiamus Capitulum Generale Romæ celebratum Anno Domini 1629. declaratione vltima, declarasse Acta Capituli Prouincialis durare ab eorum promulgatione, vsque ad promulgationem Actorum sequentis Capituli. *Declaramus quod præcepta Actorum Capituli Prouincialis incipiant ab eorum promulgatione, & durent vsque ad promulgationem Actorum sequentis Capituli Prouincialis, in quolibet Conuentu faciendam.*

ACCEPTATIONES.

Aceptamus Magisterium R. A. P. M. Fr. Gundisalui Daça, nostri Conuentus Sancti Pauli Vallis Oletani: & Magisterium R. A. P. M. Fr. Petri Espinosa nostri Conuentus Sancti Petri Martyris Regalis Toletani: Item acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Ioannis Baptista Aspuri Lectoris Theologiæ, nostri Conuentus

uentus Sanctæ Crucis Regalis Segobienfis: & Prædicaturam Ge-
neralem R. P. Fr. Dominici Garcia de la Quintana, pro Con-
uentu Obetenfi.

EXPOSITIONES.

EXponimus ad legendas sententias pro forma, & gradu Magif-
terij inclusiue, R. A. P. Præsentatum Fr. Ioannem Paniagua,
Rectorem nostri Collegij Sancti Gregorij Vallis-Oleranil.
Item exponimus ad legendas sententias pro forma, & gradu Ma-
gisterij exclusiue, R. P. Fr. Didacum Alvaro, Priorem nostri Co-
uentus Sanctæ Mariæ de Valbuena de Logroño: & R. P. Fr. Seba-
stianum Romero, Lectorem Theologiæ, nostri Conuentus San-
ctæ Mariæ Regalis de Atocha: & R. P. Fr. Iosephum Alvarez, so-
cium R. A. P. N. Prioris Prouincialis: & R. P. Fr. Antonium de la
Carrera, Lectorem Theologiæ nostri Conuentus Sancti Pauli
Palentini.

CREATIONES.

Creamus in Prædicatores Generales; R. P. F. Thomam Cam-
pelinò, Prædicatorem nostri Conuentus Sancti Dominici
Benauentani, pro Conuentu Segobienfi; R. P. Fr. Ioan-
nem Delgado, Prædicatorem nostri Conuentus Rosarij Matri-
tensis, pro Conuentu Matris Dei de Alcalà: R. P. Fr. Toribium
de Santillana, Prædicatorem nostri Conuentus Sancti Dominici
de Victoria, pro Conuentu Sancti Thomæ Matritensis.

ABSOLUTIONES.

Absoluimus omnes Supplices, & Vicarios Conuentuum non
habentium Priores, præter Supplicem de Estella, Trianos
& Legionensem, propter instantes electiones vsque ad cõ-
firmationem, & præsentiam Priorum, & præter Supplicem de
Logroño, Pamplona, Valencia de Don Iuan, & Sancti Pauli de las
Nauas, quia nuper electi.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali omnibus, & singulis Fratribus nostræ Prouinciæ, sequentia.

Primum, ne duo, vel plures Fratres simul in aliqua cella Fratrum huius nostræ Prouinciæ coexistent. Excipimus cellas Priorum, & Magistrorum Nouitiorum pro suis subditis. Excipimus etiam ab hoc præcepto Magistros huius Prouinciæ, & eorum cellas. Et denuntiamus, quod cellæ Fratrum post notificationem assignationum quamdiu in Conuentu commorantur, eodem prorsus præcepto tenentur quo cellæ aliorum Conuentualium.

Item, simul declaramus, quod si ille, cuius cellam aliqui Fratres ingredi possunt, ab ea absens fuerit, pro tunc illam non gaudere tali privilegio, seu licentia. Poterunt autem Patres Priores, seu Præsidentes (non tamen Supprieores, nec Vicarij): cum suis subditis dispensare, dummodo dispensatio non sit generalis, aut frequens: quæ post vltimum signum post Completorium nulatenus fiat, nisi sufficienti causa, & pro qualibet vice. Ab hoc præcepto non excipiuntur cellæ Conuentuales, quando in eis contingat aliquem infirmari; nisi à Priore, vel Præsidente Conuentus esse cellam infirmariæ declaratur.

Secundum, ne quis adeat Monasteria Monialium nec Beatarum, nec mulierum aliarum in vnum congregatarum sub obedientia viuentium, nec ad earum Ecclesias, ad colloquendum, nisi de licentia Prioris pro qualibet vice, quæ licentia in aliam diem translata non valeat, nec dari possit à Supprieoribus, aut Vicarijs, Prioribus in oppido existentibus.

Tertium, ne quis representationibus, aut Comædijs, quæ à publicis Histrionibus fiunt intersint, nisi in Capitulis Ecclesiarum, in Domibus Episcoporum, seu Religiosorum, aut in publicis Sanctorum Solemnitatibus, & quod Prælati, aut Conuentuum Præsidentes Comædias in domibus nostris fieri non permittant, etiam sponte oblatas, aut etiam si non sint à publicis Histrionibus, nec Fratres eas representent, aut villo modo vestibus sæcularibus vtantur. Quod præceptum etiam Moniales, & Beatas nostras comprehendit.

Quartum, quod Fratres, ad quos quomodolibet studium attinet

Prohibetur ingressus cellarum.

De non adeundo Monasteria Monialium.

Ne Fratres intersint comædijs

De non omittendo

*dislectio
nibus.*

attinet, nullo modo permittant in diebus lectiuis omitti Conferentias, aut Conclusionem, etiam prætextu exponendi ad audien-
 das Confessiones, nec hora consueta varietur, nec in prædictis
 diebus dentur recreationes; vigilia autem Actus maioris omit-
 tantur Conferentiæ, non tamen dentur recreationes, die verò
 sequenti dari possunt. Nec concedatur licentia excundi à Con-
 uentu, recreationis causa, titulo Actus maioris, nisi in diebus
 affueris. In octauis autem Natiuitatis Domini, Resurrectionis,
 Pentecostes, & in octauo die Solemnitatis Corporis Christi, &
 in recreationibus octo dierum ante Aduentum, & Quadragesi-
 mam, Conclusiones, & Conferentiæ omittantur: aut si forte ho-
 ra lectionis specialis occurrat pro toto Conuentu occupatio. No-
 mine autem dierum lectiuorum intelligimus eos, in quibus iux-
 ta disponendum inferius Patres Lectores non tenentur Matuti-
 nis interesse, & qui iuxta nouam reformationem non seruantur
 à Populo ex præcepto, aut voto. Festa autem Imaginis S. P. N.
 Dominici in Suriano, Translationis eiusdem, & Angelici Docto-
 ris S. Thomæ Aquinatis, & Festum S. P. N. Francisci, Sanctæ Ca-
 tharinæ Martyris, & Sanctæ Theresiæ Virginis, dies lectiui non
 sint. Quod si nulla die in hebdomada à Cõferentijs vacauerint Fra-
 tres quouis titulo, etiam Actus maioris, Feria quinta eiusdem
 hebdomadæ in Conclusionem, & Conferentijs dispensamus.

Item sub eodem præcepto mandamus omnibus Moniali-
 bus, & Mulieribus in vnum Congregatis nostræ curæ subiectis,
 vt nulla earum possit habere Confessorem habitualem, seu spe-
 cialem qui non attigerit quadragesimum ætatis suæ annum, vel
 nisi in Domibus studiorum Lector Theologiæ fuerit.

Denique sub eodem præcepto mandamus, nec non sub poena
 excommunicationis maioris, latæ sententiæ, ipso facto incurren-
 da, hac vna pro trina canonica monitione præmissa, ne quis frater
 priuatum habeat Deposita, nec quisquam pecunias aut mobi-
 lia preciosa vndecumque habita, vel habèda deponat foris apud
 seculares, etiam parentes, consanguineos, aut quoscumque extra
 neos, nec domi apud particularem Religiosum, sed fideliter tra-
 dat singula in solo communi Deposito Conuentus asseruanda, &
 quotiescumque ad suas necessitates vti voluerit, superioris licen-
 tiam (ratione exposita) obedienter expectet.

*Circapri
uatu De
positum
FF.*

Ne Lectores exeant à Conuentu diebus in quibus sunt Conferentia

Ordinamus, & mandamus Patribus Prioribus, quod in diebus quibus sunt Conferentia licentiam non concedant Lectoribus exeundi à Conuentu, nisi ex vrgenti causa. Et rogamus R. A. P. N. Prouincialem, vt Priores in hac parte negligentes absoluat.

De lectionibus, & Conuentibus.

Item, ordinamus iuxta Ordinationem factam Romæ Anno Dñi. 1661. quod Lectores Theologiæ alternatim legant, vntus tractatus pure Morales; alter verò materiam pure Scholasticam. Et quod in Conclusionibus publicis ponantur ad minus viginti Conclusiones, & actus minores Theologiæ in hebdomada immediata post Actus maiores ab ipsis habeantur, Lectores vero Artium primo anno Summulas, & quæstiones præcæiales Logicæ legant, secundo, Logicam, tertio Philosophiam, & libros de Generatione, & anima, prout antiquitus seruatum est. Et in Conuentu diebus, vbi sunt tres Lectores Artium, solus Lector Summularum de propria materia Conferentia communes defendat.

De Conclusionibus quotidianis.

Item, ordinamus, quod Conclusiones quotidiane durent ad minus per tres quadrantes horæ quibus omnibus assistant omnes Fratres Clerici cuiuscumque sint antiquitatis, sicut ad Actus tam Artium, quam Theologiæ.

De ieiunijs, & abstinentia à carnibus.

Item ordinamus, quod Feria secunda, & quarta non possit nisi cum infirmis dispensari in essu carniū. Et declaramus, quod quotidie dispensare in ieiunijs Constitutionum, non est dispensatio, sed dissipatio.

Ne Priores detineant Fratres assignatos.

Item ordinamus, quod assignationes quomodolibet receptæ infalibilter notificentur à Prioribus, seu Præsentibus, & si ob vrgentem causam visum fuerit eas non notificare, teneatur R. A. P. N. Prouinciali renunciare. Et quod nullus Prior assignatos detineat, etiam pretextu petendi aliam assignationem pro suo, vel alieno Conuentu. Et si contingerit quod aliquis Prior aliquem sic assignatum detinuerit, rogamus R. A. P. N. Prouinciale quod seuerissima reprehensione Priorem puniat, & petitio ni non assentiat, sed assignationem executioni mandari faciat. Et declaramus, quod assignationes, & institutiones quæ intra duos menses notificate non fuerint, notificari non possint.

Prohibetur ingredi

Item, ordinamus, nequis curiam Regiam ingrediatur, neque eius suburbana etiam causa suscipiendi Sacros ordines ab-

que licentia R. A. P. N. Prouincialis sub pœna quindecim dierum in pane, & aqua, & priuatione vocis actiuæ, & passiuæ per duos annos. Prior autem nostri Hospicij Matritensis, & Procurator Generalis eiusdē Curia teneantur reddere certiore R. A. P. N. Prouincialem de transgressoribus huius ordinationis. Et declaramus omnes hospites cuiuscumque conditionis sint ad Priorem, seu Presidentem dicti Hospitij pertinere etiam quoad punitiōnem, & correctionem. Cui strictē iniungimus, vt nulli licentiam concedat pernoctandi extra Conuentum; quod, & cæteris Prioribus eiusdem Curia pro sibi subditis præcipimus, quæ licentia soli R. A. P. N. Prouinciali reseruatur. Et mandamus Priori dicti Hospitij, & Procuratori vt Generali diligenter inquirant à Fratribus venientibus ex alienis Prouincijs de negotijs, quorum causa illuc aduenerint, & his consumatis eos redire compellant ad suas Prouincias.

*fus. Curia
ria Re-
gic.*

*om. 5A
ol. 1212
1212
1212*

Item, ordinamus, & præcipimus ne quis Frater per se ipsum immediate postulet à R. A. P. N. Prouinciali licentiam ex eūdi extra dietam sui Conuentus pro vacationibus, siue pro alijs negotijs, sed communicata necessitate sua Priori Conuentus, ipse Prior licentiam petat pro Fratre illo. Et obsecramus R. A. P. N. Prouincialem, vt licentias, quæ non petuntur à Prioribus, non cōcedat, onerantes Priorum conscientias, vt nisi pro Fratribus morigeratis, & de quibus intelligant quod præbebunt bonum odore exempli inter sæculares, ac præcipuè, si sint multum iuvenes, licentias non petant. Et quando licentiam concedunt intra dietā, sit in scriptis, & non aliter, quam transgredientes seuerè puniantur.

*De licen-
tias per-
tendis.*

Item, ordinamus quod nullus accipiat plusquam quinquaginta stipendia Missarum, nisi liber sit ab obligatione applicandi Missas pro obligatione Conuentus: tunc enim accipere poterit vsque ad octoginta. Quod si quis plura accipiat, communitati applicanius iuxta votum paupertatis. Pro Conuentibus autem non recipiatur excessiuus numerus Missarum, de quo inquireret diligentissime R. A. P. N. Prouincialis in visitationibus, & iuxta quantitatem excessus, seuerissime puniet. Teneantur etiam Depositarij Conuentus certiore reddere R. A. P. N. Prouincialem, si forte numerus excessiuus recipiatur proportionabiliter ad Conuentus.

Item, ordinamus omnibus Prioribus sub pœna absolutio-

*Ne Soro-
nis res can-*

*tent ver-
naculo
sermone* nis à suis officijs, & Sororibus, vt nihil cantent, aut cantari per-
mittant; siue in Choro, siue in alio loco, vbi possint à seculari-
bus audiri, nostro vernaculo sermone, sed solum latino.

*Ne Mo-
niales lo-
quantur
ad fores
Monast.* Item, notum facimus decretum SS. D. N. Clementis
VIII. circa regimen Monialium, vbi sic habetur. *Nulli ex Mo-
nialibus personas Ecclesiasticas, seculares, vel regulares, aut laicas,
etiam consanguineas cuiuscumque sexus ad fores Monasterij alloqui,
vel in eis aperiis sistere, quacumque de causa liceat; nec fores huius-
modi aperiatur, nisi ad introducendas, vel emittendas personas, &
res necessarias.* Et declaramus prædictum decretum compre-
hendere quoscumque consanguineos, etiam Patres, & Matres Mo-
nialium, & Beatarum, & quoscumque Religiosos, etiam si sint
Prælati eiusdem Conuentus; quod stricte præcipimus inuolabi-
liter obseruari sub pœna suspensionis officij Priorissæ, & absolu-
tionis Ostiariæ, quæ oppositum permiserint.

*Circa re-
ceptionē
puellarū
adhabi-
tum.* Item, ordinamus Vicarijs Monialium, & Beatarum, Prioris-
sis, & Superiorissis, & quibusvis alijs, ad quos, vel ad quas quomo-
dolibet spectauerit, sub pœna absolutionis à suis officijs, vt nul-
lam puellam admitant ad habitum sine accepta in scriptis licen-
tia à R. A. P. N. Prouinciali, quæ teneantur monere de ætate pue-
llæ suscipiendæ, & ante professionem testimonium authenticum
circa ætatem sextidecimi anni completi à Parochijs adhiberi
solutum teneantur inspicere.

Item, ordinamus, quod in absentia Priorum quibus cura
Monialiū, vel Beatarū à R. A. P. N. P. est commissa, non recipiatur
Moniales ad habitum, vel professionem, nisi à Cōfessario talium
Conuentuum: (si Conuentus illum habuerint) quod in multis Ca-
pitulis Generalibus statutum est. In exequijs autem Monialium,
& cæteris festiuitatibus officium in absentia Prioris pertinet ad
Suppriorem.

*Sorores
sunt in do-
ms. Noui-
tiar. post
profes.* Item, ordinamus, quod Sorores post professionem sint in
domo Nouitiarum, nec sine licentia R. A. P. N. Prouincialis inde
extrahantur.

*Priores
conferāt
Fratrib.* Item, ordinamus, & stricte præcipimus Prioribus, quod om-
nino prouideant Fratribus de caligis, calceis, & tunica interiori,
& post duos annos conferant scapularia, & tunicam exteriorem,
quæ in propria specie, & forma vestium, & non aliter dentur, &
omnino ante primam diem Ianuarij cuiuscumque anni, quod si
prædicta di e à Prioribus non fuerint collata prædicta indumen-
ta,

ca, Depositarij Conuentus teneantur certiores facere R. A. P. N. Prouincialem sub pœna absolutionis ab officio. Et obsecramus R. A. P. N. Prouincialem, vt in uisitationibus magnam curam adhibeat in examine adimplentionis huius Ordinationis, & vbi in uenerit Priorem præsentem, seu præteritum illam non adimpluisse, cum vltius ad Prioratum non proponat, & infalibilter infligat pœnam hic impositam Depositarijs, qui hoc præceptum non obseruauerunt.

Item, ordinamus, quod qui in aliquo Conuentu fuerunt Priores non gaudeant, ratione Prioratus præteriti, aliquibus priuilegijs, aut gratijs quæ non sint debitæ ipsis ratione Gradus (si fuerint Graduati) vel quæ non sint concessæ à nostris constitutionibus, vel vsu Prouinciæ, vt quod Hebdomadam non faciant, & sint Patres à consilijs in eisdem Conuentibus.

Circa Depositum bonorum Fratrum defunctorum obseruetur consuetudo huius nostræ Prouinciæ sæpius stabilita. Et quoniam Prouincia nostra nimis grauata existit censuum redditibus, alijsque necessarijs solutionibus pro subsidio expendendis, nec sufficiant consueta Conuentum subsidia pro tanto onere, idcirco ordinamus, & præcipimus quod ex bonis defunctorum (tertia parte intègre relicta pro anima defuncti) sexta pars aliarum duarum partium seruetur pro communibus sumptibus Prouinciæ, & mittantur Patribus Procuratoribus Generalibus Matritensibus & Vallis-Oletano, præcipientes in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali tam Prioribus Conuentuum, quam Depositarijs, ad quos pertinet inventarium de bonis defunctorum facere, vt certiores reddant R. A. P. N. Prouincialem de valore prædictæ sextæ partis.

Item, ordinamus, quod Parrochi, Confessores, Procuratores, & Vicarij Monialium, & Beatarum, tres Missas celebrēt pro Monasteriorum obligationibus quas si Monasteria non habuerint, eas pro intentione R. A. P. N. Prouincialis celebrent; si verò Conuentus tot obligationes habuerint, vnã adminus Missam qualibet septimana dicant pro intentione R. A. P. N. Prouincialis ex his, quæ personaliter ad eos pertinent, quam Missam ex nunc pro tunc in foro conscientiæ insolidum applicamus. Vt autem harum Missarum ratiocinia expedite fiant, omnisq̃ confusio vitetur notū sit Vicarijs, Cōfessoribus, Parrochis, & Procuratoribus Monialium & Beatarum, quod à die in quo præsentantur in suis Conuen-

ria indu
menta.

Priores
præteri
ti nõ gaud
deat ali
quo pri
uilegio.

De bonis
Fratrum
defunctorum.

Circa
Missas
Official.
Monialium.

tibus, omnes prædictæ Missæ in ratiocinijs scribantur: unde tantum teneantur (si forte infirmitate detenti in aliqua, vel in aliquibus septimanis, celebrare non potuerint) scribere R. A. P. N. Provinciali, vel eius Socio, quot Missas omiserint ratione ægritudinis, vt in ratiocinijs non computentur sacrificia omissa.

Item, mandamus, in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obediëntiæ, & sub præcepto formali, quod Vicarij, Confessores, & Procuratores Monialiũ, & Beatarũ, earũ Monasteria nõ ingrediuntur, nisi causa administrandi Sacramenta, & si alia ad sit, licentiã petant à R. A. P. N. Provinciali. Et ordinamus, quod si non sit Vicarius, duo ingrediuntur simul, & si vnus tantum ad sit, associetur Priorissæ, vel Supriorissæ, sub pœna absolutionis. Et declaramus Vicarios Monialium, quando sic ingrediuntur Monasteria, debere assolari iuxta dispositum in earum ordinationibus; nec prætendant exceptiõne gaudere. Et striçtè præcipimus Priorissis, vt accurate inuigilent de clausura seruanda, ita vt nullo prætextu ingressum cuiuscumque personæ permittant: simulque iniungimus vt quaslibet litteras Apostolicas obtentas iam, siue obtinendas à quacumque persona cuiuscumque qualitatıs, aut sexus, pro Monasteriorum ingressu R. A. P. N. P. mittant, declarantes ipsum esse Prælatum proprium præcisse, ad quem destinantur tales literæ, vel licentiæ. Et similiter ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium in oppidis, vbi Conuentum Fratrum habemus, in omnibus obediëntijs sint Prioribus, seu Præsidentibus eorum subiecti, non secus ac cæteri fratres in talibus Conuentibus assignati. Etiã ordinamus, quod Vicarij, seu Cõfessores Monialiũ, seu Beatarũ, vulgari lingua trãscribãt omnia, quæ ex his Ordinationibus ad eas quomodolibet spectat, & Sorores eas legere teneantur quando leguntur Ordinationes coram toto Conuentu.

Item ordinamus, quod nullus fiat Nouitiorum Magister in consulto R. A. P. N. Provinciali, qui de consilio Patrum approbet assumendos, & in domibus, quibus ipsi visum fuerit, obtineat locum immediatum post huius Prouinciæ Præsentatos. Et quicumque tale officium post huius Prouinciæ iudicio R. A. P. N. Prouincialis laudabiliter exercuerint, in posterum maneat dispensati ab Hebdomada faciendâ, & à Matutinis, nisi in diebus festiuitis: quam Ordinationem aprouauit RR. P. N. Generalis.

Item cum in nostris Capitulis Generalibus, Romæ 1564. & ibidem 1629. Ordinatione 22. provide sit statutum ad vitandas

Officiales Monialium, earum Monasteria nõ ingrediuntur.

De Magistris Nouitiorum.

Priores nõ absint

longas vacantias, & absentias Priorum à suis Conuentibus, quas in magnum vergunt Conuentuum præiudiciũ, quod Prouinciales non differant confirmationem, vel cassationem electionis; & quod electus in Priorem alicuius Conuentus teneatur intra spatium trium horarum à noticia confirmationis acceptare, vel recusare Prioratum: id circo, vt melius id obseruetur, ordinamus, quod deinceps confirmatio electionis non mittatur ad ipsum electum, sed ad Priorem Conuentus in quo commemoratur; vel si electus sit Prior, mittatur confirmatio ad Supriorem; ipse autem ad quem confirmatio mittitur, teneatur confirmationem electo notificare intra duodecim dies postquam illam receperit: cui iniungimus, vt statim ac confirmationem receperit, certiore faciat electum de receptione talis confirmationis, & electus teneatur intra prædictum trium horarum spatium Prioratum acceptare, vel recusare, & certiore reddere R. A. P. N. Prouincialem de die, & hora acceptationis, hoc fiat infalibiliter aliàs puniantur.

Item ordinamus, & strictè mandamus Prioribus sub pena absolutionis à suis officijs, quod librum Procurationis apud se non retineant, nec propria manu aliquid in illo scribant sed solus Procurator Conuentus, vel alius de mandato expresso Prioris ad hoc deputatus.

Item, quia accipere pecunias sub pensione sc̄noris equæ, vel magis grauat Conuentus quam census annuales, precipimus, in virtute Spiritus Sancti, Sanctę obedientię, & sub præcepto formali, nec non sub pena excommunicationis maioris latę sententię ipso facto incurrenda hac vna pro trina canonica monitione præmissa, quod nulla pecunia isto modo recipiatur in Conuentibus; & si aliter factum fuerit omnes redditus ex acceptis causatoris, Priores, & Priorissę, soluant infalibiliter, quod præceptum & censura Religiosos, Moniales, & Beatas quo ad sumptus particulares comprehendit.

Item ordinamus, & Prioribus mandamus, quod nulli Sacerdoti applicent plures Missas intuitu alicuius officij, vel alterius causę, quam eas, quę ad ipsos pertinent, & si aliter fiat ex nunc pro tunc eas applicamus Conuentui iuxta votum paupertatis.

Item declaramus iuxta decretum R. R. P. N. Generalis, vt singulis diebus post Cõpletorium, Fratres, & Sorores recitent al-

13 multo tẽ
pore à
suis Con
uentibus.

Priores
non ha
beant a
pud se lĩ
brum
Procura
tionis.

Nulla pe
cunie ac
cipiatur
sub pen
sione sc̄
noris.

Priores
nulli ap
plicent
plures
Missas

De Ros.
recitãdo

ta voce, & deuotè per choros alternando, tertiam partem Rosarij Beatæ Virginis Mariæ secundum ordinem Mysteriorum, sub poena absolutionis à suis officijs infalibilter Prioribus, & Suprioribus infligenda. Et similiter ordinamus, quod Prædicatores in singulis Concionibus, specialiter, quæ sunt de tempore, saltem in fine Concionis aliquid intermiscerent, quo fideles animi in deuotionem Sanctissimi Rosarij promoueantur.

De orat. mentali.

Item ordinamus, vt solitum orationis exercitium post Completorium, & Matutinas, vel Nonam pro tempore in singulis Conuentibus infalibilter executioni mandetur. Et Priores qui in hoc negligentes fuerint a suis officijs suspendantur à R. A. P. N. Prouinciali, qui de hoc in visitationibus sedulo inquiret.

Suppries non applicent sibi plures Missas.

Item ordinamus, quod Suppries in sede vacante, vel in quacumque Priorum absentia non applicent sibi plures Missas, quam, quæ eis communiter conceduntur.

De expositione Confessoriorum.

Item ordinamus, quod Fratres ad audiendas Confessiones, & concionandum exponi non possint, nisi per quinque examinatores in Studijs Generalibus, inter quæ Conuentuum Legionensem, & Compostellanum comprehendi volumus, & non approbentur, nisi adsit saltem vnus ex Theologiæ Lectoribus cum aliquo Graduato huius Prouinciæ, vel ambo simul, & solum per triennium, quo expleto iterum examinentur, etiam si sint Priores, Vicarij, vel Confessores Monialium. Excipimus Lectores Artium, qui post institutionem examinantur, & eos qui per nouem annos licencias, seu expositiones habuerint, quibus concedimus vt post nouem annos decursos, quibus gauisi fuerint à probatione, queant simpliciter exponi. Quod si quispiam in aliquo Conuentu examinatus, reprobatus fuerit, nec examinetur, nec examinatus aprobari queat, nisi transactis sex mensibus. Quod si contrarium factum fuerit, totum irritum, & inane declaramus. Et vt tutius consulatur conscientiæ, & ministerio prædicto, examinatores certior em reddant Priorem Conuentus de reprobatione sui subditi, & eorum conscientias in diem Domini aggrauantes iniungimus, vt examen cum summa reuerentia peragant, & quod ad illud semel admissum, approbare, vel reprobare teneantur, vt habetur in nostris Constitutionibus, *Dist. 2. cap. 12. de Prædicantibus sub littera A. in Gloss.* Quod, vt firmiter obseruetur, & ne præsens exercitium consistendi pro futura capacitate alicui concedatur, inhibemus strictè prædictis examinatores, ne aliquem sub

sub spe, & ratihabitione, etiam iuramento firmata, quod per
 vnam, vel plures horas qualibet die vacabit moralitatis studio,
 approbent; sed præsens exercitium pro præfenti, & sufficienti
 habilitate concedatur. Et declaramus, Fratres expositos ad au-
 diendas Confessiones sæcularium, non posse Fratrum, vel Soro-
 rum Confessiones audire nisi de speciali licentia Prælatorum, Fra-
 trum, vel Sororum, quorum, vel quarum Confessiones sunt au-
 diendæ, vt habetur in nostris Constitutionibus *dist. 1. de Noui-
 tijs, cap. 4. litera G.* Mandamus quequod nullus exponi possit ad
 audiendas Confessiones, qui non habuerit literas testimoniales
 cursuum, & approbationes in quolibet examine annuali.

Item ordinamus huius nostræ Prouinciæ Lectoribus, &
 Prædicatoribus, vt in maioribus Ecclesiæ solemnitatibus, in no-
 uem tantum præcipuis festis Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorum
 Apostolorum, Euangelistarum, quatuorq̄ Ecclesiæ Doctorum, &
 Sanctorum nostri Ordinis canonizatorum, inter quæ etiam com-
 prehendere volumus festum Sanctæ Agnetis de Monte Policiano,
 S. Ambrosij Sciensis, Sancti Iacobi de Venetia, & non alia, alio-
 rum Sanctorum Ordinis, vtriusque Vesperis, Missæ que Maiori,
 & Matutinis infalibiliter intersint, & quod ab studijs non vacent
 quando prædictæ solemnitates in diebus proprijs nõ celebrantur
 exceptis festis Anuntiationis, & S. Thomæ Aquinatis, & Prælati
 summopere in uigilantia in obseruantia huius Ordinationis, sicut
 etiam in assistentia Fratrum ad Completorium, *Salue Regina*, &
 tertiam partem Rosarij, nullum ab usum permittentes, nec dis-
 pensationem concedentes absque legitima causa. Nec Lectores
 Artium, qui cursum suæ lectionis perlegerunt, dispensare pos-
 sint Patres Priores ab assistentia Chori post primum suæ vacaturæ
 annum completum, nisi de licentia R. A. P. N. Prouincialis, om-
 nem que consuetudinem in contrarium omnino obrogamus.

Bis in anno examinentur studentes, in principio scilicet
 Cursus, & prope festum S. Thomæ Aquinatis, & qui non fuerint
 approbati, nullomodo ab assistentia Chori dispensentur, sed ad
 omnes Horas, & Matutinas assistant, neque illis Ordines conferā-
 tur in consulto R. A. P. N. Prouinciali, & sine eius expressa licen-
 tia

Item ordinamus, & declaramus, quod in Conuentibus
 vbi plures sunt Magistri, antiquior eorum sit Regens, eo tamen
 gymnasio absente Magister, qui succedit, & sic successiue alij iux-

Quando
 Lect. te-
 nentur
 Choro in-
 teresse.

De exa-
 mine stu-
 dentium

De Regē-
 te Studio
 rum.

ta antiquitatem suorum Graduum: vbi tamē vnus tantum adest, ipso facto sit Regens: & ad ipsum pertineat conferre Gradus Magisterij, vel Præsentaturæ, etiam si Prior sit præsens. Et in iungimus prædictos Regentes gaudere omnibus priuilegijs, quæ in nostrarum Constitutionum declarationibus, præcipue. *Dist. 2. cap. 14. §. 4. litera G.* continentur, quæ hic pro expressis haberi volumus, & ordinamus quod nullum fiat examen Confessorum vel Studentium, Regente infcio, vt si ipse a sistere voluerit, assistat.

*De præ-
tio trans-
portatio-
nis bono-
rum Prior-
is.*

Item ordinamus, & præcipimus, quod moderati sumptus fiant in transportacione bonorum, quæ à Prioribus asportantur in Conuentus sui Prioratus, & quod Supprieores, & Depositarij teneantur monere R. A. P. N. Prouincialem de sumptibus factis in tali asportacione: & si aliter fiat ipsi tenebuntur, etiam in foro conscientie, huiusmodi expensas Conuentui soluere.

*De lecto-
ribus Ca-
suum cõs-
cientie.*

Item ordinamus Prioribus sub pœna suspensionis per quatuor menses, & Lectoribus casuum conscientie, sub pœna absolutiõnis à suis officijs, quod habeantur Conclusiones bis saltem in septimana, & in Conuentibus, qui nõ viuunt ex eleemosynis, omnibus diebus, quibus habetur Conclusio in domibus studiorum, & duret Conclusio per dimidium horæ ad minus. Concedimus huiusmodi Lectoribus, vt sint Patres à Consilijs, Lectores mentæ corrigant, & à Choro dispensentur diebus, quibus Conclusiones habentur, in reliquis autem obedientijs sicut alij Fratres se gerat Hebdomadam faciant, & in tabula ad eam notentur; poterit R. A. P. N. Prouincialis eis aliquas concedere dispensaciones, in Conuentibus in quibus ei visum fuerit.

*De nõ re-
cipiendis
ad profes-
sionē in
domibus
exiguis.*

Item mandamus Prioribus Conuentuum, in quibus non est commoditas Nouitios educandi, vt decet professionem nostrã, licet ad habitum personas admittant obseruando in nostris Constitutionibus stabilita, ibi tamē eos nõ retineant, sed ad alios Conuentus à R. A. P. N. Prouinciali designandos mittantur eddicationis causa: illos autem Conuentus exiguos, in quibus non oportet Nouitios edducare, R. A. P. N. Prouincialis declarabit.

*De nõ im-
primēdo
sine licen-
tia.*

Item mandamus ne quis typis mandare posse librum Protocola, aut aliquid aliud (etiam in minima charta) siue morales, doctrinales, aut historiales res contineat, aut quid aliud cuiuscũque lineæ sine expressa licentia R. A. P. N. Prouincialis in scriptis data.

*Circa de-
uotionē*

Item mandamus, Prioribus sub pœna absolutiõnis à suis officijs

SS. Rosarij.

officijs infalibiliter exequenda, vt statim post notificationem harum nostrarum Ordinationum Religiosos bonis moribus, doctrina, & exemplo præditos ad omnia oppida sui territorij mittant, qui zelo Religionis, & deuotione erga Sanctissimam Deiparam succensi, Confraternitates Sanctissimi Rosarij erigent (si opus est) vt erigantur, & erectæ confirmentur, fideles ad eam deuotionem excitent, promoueat, & in ea corroborent, scribendo, recipiendo, scriptos que approbando Confratres, Bullam à Sanctissimo Domino N. Innocentio. Papa XI. de nouo indulgentijs ad eas concessis confirmatis plenam secum asportando, vt iuxta eius tenorem eas prædicent, vt tantum animarum lucrum magni æstiment.

Item ordinamus quatenus nostris Constitutionibus valde conforme, imo ab ipsis exactum, & ab Illustrissimis, & Reuerendissimis Archiepiscopis, & Episcopis non semel desideratum, vt Religiosi suæ Religionis licentias Confessione audiendi, & prædicandi, in scriptis manifestent; & insuper mandamus omnibus Prioribus quod in spatio trium dierum à notitia præsentium omnium sibi subditorum tales licentias, tum ab Ordine, tum ab Ordinarijs locorum in quibus degunt manifestent. Quod si aliquis eas non habuerit pro non Confessario habeatur donec per examen eas obtineat, vel R. A. P. N. Prouincialis aliter prouideat.

De literis testimonialibus ad audiendas Confessiones manifestandis.

Item mandamus omnibus Prioribus sub poena suspensionis ab officio per sex menses quod infalibiliter soluant debita Contributionum, Subsidij, & Decimæ actenus contracta in spatio duorum mensium à notitia præsentium, & obsecramus R. A. P. N. Prouincialem vt hanc poenam irremissibiliter, & aliàs (sibi arbitrarias) transgressoribus huius mandati infligat.

Tandem præcipimus omnibus Supprioribus sub poena abolitionis à suis officijs, vt has nostras Ordinationes quater in anno legere faciant in publico Capitulo, vel Refectorio coram toto Conuentu.

INSTITVTIONES LECTORVM C A SVVM CAVSIENTIÆ.

Instituimus in Lectorem de Ciudad Rodrigo Fr. Ioannem Dominguez.

In Lectorem de Benauente Fr. Ioannem Cid, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Medina del Campo Fr. Gaspar Rodriguez, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Viuero Fr. Antonium Fernandez, ex eodem Conuentu

In Lect. de Huete Fr. Hiacinthū Dominguez, ex eodem Cōuen

In Lect. de Tordefillas Fr. Bernardum Gomez, ex eodem Conuentu.

In Lect. de la Peña de Francia Fr. Didacum Bustamante, ex Conuentu de Trianos.

In Lect. de Astorga Fr. Franciscum Rallon, ex eodem Conuentu.

In Lect. de la Vera Fr. Ioannem Arroyo, ex eodem Cōuentu.

In Lect. de Talavera Fr. Ioannem Iaraba, ex Conuentu de Toledo.

In Lect. de Caceres Fr. Franciscum Borrallo, ex eodem Conuentu.

In Lect. de S. Telmo de S. Sebastian Fr. Dominicum Cortazar, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Villascusa Fr. Andream Arias, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Aranda Fr. Ioannem Moros, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Rioseco Fr. Ioannem de Auila, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Alcalà Fr. Ildephonsum de Illana, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Soria Fr. Antonium de la Rauri, ex Conuentu de Palencia.

In Lect. de Yepes Fr. Ioannem Calderon, ex Conuentu de Villascusa.

In Lect. de Guadalaxara Fr. Thomam Garcia Præsentatum, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Ocaña Fr. Valerianum del Rincon Magistrum, cū dispensatione Lectoris Theologiæ actualis, ex eodem Cōuentu.

INSTITUTIONES VICARIORVM.

In Vicarium Regni Galiciæ cum omnibus gratijs, & priuilegijs in nostris Constitutionibus concessis, instituimus R. P. F. Alexium de Foronda Præsentatum primariæ Cathedræ Theologiæ

Modè

Moderatorem, & pro eadem Vniuersitate Magistrum, & Priorē
nostri Conuentus Sancti Dominici eiusdem Ciuitatis.

In Vicarium S. Raymundi de Pores, sub titulo Prioris F. Ioan-
nem Perez, ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Ildephonsi de el Camino, titulo Prioris Fr.
Ferdinandum Menocal, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de las Caldas, titulo Prioris F. Ildephonsum del
Poço Præsentatum ex eodem Conuentu.

In Vicarium Incarnationis de Viluaõ, Fr. Iosephum Zaballos
ex Conuentu de Tudela.

In Vicarium Sancti Petri de las Dueñas, titulo Prioris F. Fran-
ciscum Herrera ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Aldeanueua F. Ferdinandum Garcia, ex eo-
dem Conuentu.

In Vicarium de Beluis F. Gasparem Viuas, ex Conuentu de
Segobia.

In Vicarium de Bejar F. Bartholomeum Martin Flores Præ-
sentatum, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Orellana F. Franciscum Gomez, Prædicato-
rem Generalem, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Cangas de Tanco F. Ildephonsum Menendez;
ex Conuentu de Riofeco.

In Vicarium de Olmedo F. Hieronimum del Valle, ex Con-
uentu de Benaunte.

INSTITVTIONES SVPPRIORVM.

In Supporem de Segobia F. Bartholomeum Campo, ex Cõ-
uentu de Villascusa.

In Supp. de Palencia F. Ildephonsum Barbero, ex eodem
Conuentu.

In Supp. de Zamora F. Ioannē Arraburu, ex eodē Cõuentu.

In Supp. de Toledo Fr. Ioannem de Angulo, ex Conuentu
de Ocaña.

In Supp. de Burgos Fr. Angelum de la Riba, ex eodem Con-
uentu.

In Supp. de Ciudad-Rodrigo, F. Ioannem Matheos, ex eodē
Conuentu.

In Supp. de Benaunte Fr. Franciscum Rodriguez, ex Cõ-
uentu de Riofeco.

In Supp. de Victoria Fr. Iosephum Perez de la Sierra, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Toro Fr. Franciscum Martinez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Peñafiel Fr. Ioannem Cotte, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Piedrahita Fr. Ioannem Perez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Sanguessa Fr. Petrum Gonzalez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Medina del Campo Fr. Franciscum Lopez, ex Conuentu de Villada.

In Supp. de Nieua Fr. Sebastianum Moreno, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Huete Fr. Ioannem Franciscum Arraiz, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Maiorga Fr. Bernardum Calero, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Logroño Fr. Petrum Gomez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Tordefillas Fr. Hiacinthum Gonzalez de la Barçena, ex Conuentu de Aranda.

In Supp. de Rojas Fr. Ioannem Ribas, ex eodem Conuentu.

In Supp. de la Peña de Francia Fr. Franciscum Mangas, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Palacios Fr. Franciscum Erafo, ex Conuentu de Yepes.

In Supp. de Truxillo Fr. Franciscum Ximenez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Cisneros Fr. Antonium Zuñiga, ex Conuentu de Rioseco.

In Supp. de Plasencia Fr. Benedictum Escobar, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Astorga Fr. Didacum Sanchez, ex Conuentu de Toro.

In Supp. de Abila Fr. Augustinum Fernandez Solera, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Sahelices Fr. Emanuelem Hortiz, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Villada Fr. Franciscum Ximenez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de la Vera Fr. Christophorum Alua, ex Conuentu de Monbeltran.

In Supp. de Carboneras Fr. Julianum de Pobeda, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Guadalajara Fr. Ludouicum Mondejar, ex eodẽ Conuentu.

In Supp. de Tudela Fr. Petrum Texedor, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Oviedo Fr. Hiacinthum Gonçalez, ex Conuentu de Villalon.

In Supp. de Talauera Fr. Hiacinthum Arellano, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Caceres Fr. Petrum Fernandez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Athocha Fr. Michaelem Perez, ex Conuentu de Benauente.

In Supp. de Ocaña Fr. Thomam Losada, ex Conuentu de Villalpando.

In Supp. de Cuenca Fr. Iosephum Centellon, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Galisteo Fr. Laurentium Villegas, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Carrion Fr. Iosephum Gandara ex eodem Conuentu.

In Supp. de Hita Fr. Hiacinthum Peinado, ex Conuentu de Toledo.

In Supp. de San Sebastian Fr. Ioannem Fernandez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Villascusa Fr. Franciscum Palacios, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Aranda Fr. Thomam Sanz, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Rioseco Fr. Dominicum Perez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Alcalà Fr. Ildephonsum de Fuentes, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Soria Fr. Iosephum Sanchez, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Villalpando Fr. Petrum de Sanfeliz, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Merida Fr. Gregorium Trigo, ex eodem Co-
uentu.

In Supp. de Tabara Fr. Iosephum Escobedo, ex Conuentu
de Cisneros.

In Supp. de Santo Thomas de Madrid Fr. Antonium Ace-
do, ex eodem Conuentu.

In Supp. de Yepes Fr. Franciscum Amorés, ex Conuentu
de las Nauas.

In Supp. de Santillana Fr. Ioannem Gutierrez, ex eodem
Conuentu.

In Supp. de Madrilejos Fr. Ioannem Ramirez, ex eodem
Conuentu.

In Supp. de Valuerde Fr. Antonium Casa Nueva, ex co-
dem Conuentu.

In Supp. de Cifuentes Fr. Ioannem Caluo, ex eodem Co-
uentu.

In Supp. de el Rosario de Madrid Fr. Iulianum Romero,
ex eodem Conuentu.

In Conuentibus Regni Galiciae prouideat R. P. Vicarius
Regni.

**CONFESORES, PARROCHI, ET PROCURADORES MONIA-
lium.**

In Conuentu Sancti Dominici Regalis de Madrid, institui-
mus in Confessores Fr. Matheum Martinez Retes Praesentatum,

ex Conuentu del Rosario de Madrid. Fr. Petrum Caro, ex Con-
uentu de Atocha. Fr. Balthasarem Esteuan, ex eodem Conuentu.

Fr. Didacum Apillaniz, ex eodem Conuentu. In Procuratorem
Fr. Ioannem Romero, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sanctae Catharinae de Madrid, in Confessoré
Fr. Augustinum de Villarroel, ex eodem Conuentu. In Procura-
torem Fr. Gasparem de Gambóia, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Dominici Regalis de Toledo, in Con-
fessorem Fr. Franciscum de Enebra, ex eodem Conuentu. Fr. Iose-
phum Ybarra, ex Conuentu de Velbis. In Procuratorem Fr.

Ioannem Moreno, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Matris Dei de Toledo, in Confessorem, Fr.

Bartholomaeum de Alcaçar, ex eodem Conuentu.

In

In Conuēntu Iesvs Mariæ de Toledo, p̄ouideat R. P. Prior Toletanus p̄ tempore.

In Conuēntu Sancti Dominici de Caleruega, in Confessorē, Fr. Ioannem Muñoz, ex Conuēntu Pietatis de Palencia. In Procuratorem Fr. Christophorum Rojas, ex eodem Conuēntu. In Parrochum Fr. Petrum de Santa Maria, ex Conuēntu de Bena uente.

In Conuēntu Sancti Spiritus de Toro in Confessorē, Fr. Petrum de la Vega, ex Conuēntu de Tordesillas. In Procuratorem Fr. Bernardum de San Miguel, ex Conuēntu de Medina del Campo.

In Conuēntu de Aldea Nueva in Confessorē, Fr. Marheū Alonso, ex eodem Conuēntu. In Parrochum Fr. Emanuelem de Tapia, ex eodem Conuēntu. In Procuratorem Fr. Ioannem de la Fuente, ex Conuēntu de Burgos.

In Conuēntu Pieratis de Palencia. In Procuratorem, Fr. Didacum de Arango, ex Conuēntu de Tordesillas.

In Conuēntu de Maçote in Confessorē, Fr. Balthasarem de Quintana, ex eodem Conuēntu. In Procuratorem, Fr. Thomam Espuela, ex eodem Conuēntu.

In Conuēntu de la Penitencia de Valladolid, in Procuratorem Fr. Petrum de Palomar, ex eodem Conuēntu.

In Conuēntu Sancti Petri Martiris de Maiorga, in Procuratorem, Fr. Paulum Freire, ex Conuēntu de Vallalon.

In Conuēntu de la Casa de la Reina, in Confessorē, Fr. Ioannem Garcia, ex eodem Conuēntu. In Procuratorem Fr. Ioannem Montero, ex Conuēntu de Cangas.

In Conuēntu de la Real de Medina, in Confessorē, Fr. Blasium Garcia Præsentatum, ex eodem Conuēntu. In Procuratorem, Fr. Petrum de Arguello, ex Conuēntu Sancti Spiritus de Toro.

In Conuēntu de las Dueñas de Zamora, in Procuratorem Fr. Antonium Camacho, ex eodem Conuēntu.

In Conuēntu Sancti Dominici Regalis de Segobia, in Procuratorem Fr. Matheum Valdès, ex eodem Conuēntu.

In Conuēntu de Villamaior, in Confessorē, & Procuratorem Fr. Gasparem Arias, ex eodem Conuēntu.

In Conuēntu de Belmonte, in Confessores, & Procuratores, Fr. Franciscum de la Plaça, ex eodem Conuēntu, Fr. Grego-

rium de Moya, ex Conuentu de Toledo.

In Conuentu de Ocaña, in Procuratorẽ Fr. Stephanum Vazquez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Spiritus de Benauente, in Procuratorẽ Fr. Franciscum Lopez Regatos, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ de Alcalà, in Procuratorẽ Fr. Iosephum Ximenez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Incarnationis de Viluaõ, in Procuratorẽ, Fr. Lucam de Congosto, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Blasij de Lerma, Fr. Ioannem Rodriguez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Ioannis de Quixana, in Confessore, & Procuratorẽ Fr. Iosephum de Gracia, ex Conuentu de Estella.

In Conuentu Incarnationis de Plasencia, prouideat R. P. Prior Placentinus, pro tempore.

In Conuentu Sanctæ Annæ de Velbis, in Procuratorẽ, Fr. Benedictum Gutierrez, ex eodem Conuentu.

In Conuentibus de la Noua de Lugõ, Velbis de Sanctiã, & Valdeflores de Viucro, prouideat R. P. Vicarius Regni Gallicæ.

In Conuentibus de Hermua, & Lequeitio, prouideat R. P. Prior de Victoriã pro tempore.

NOMINA FRATRVM DEFVNCTORVM, QVI A PRÆDENTI Capitulo obierunt.

In Arce Regali Matritensi Serenissimus D. D. Ioannes Ioseph de Austria, Catholicæ Maiestatis Philippi Quarti, præ recordationis filius, Ordinis Sancti Ioannis, in Regnis Castellæ, & Legionis Magnus Prior, à Consilio Status, vtriusque Militaris classis Summus Præfectus, Flandriæ, & Burgundiæ Moderator. Præcipuus, Tertiarius Professor Nostri Ordinis, erga quem beneficentissimus.

In Conuentu Sanctæ Crucis Regalis Segoniensis R. A. P. M. Fr. Michael Sanchez. Fr. Paulus Alvarez, S. & P. A. Septuagenarios. Fr. Ioannes Diaz, Magister Studentium. Fr. Franciscus Gonzalez S. Fr. Ioannes Montaña S.

In Conuentu Sancti Pauli Palentini, Fr. Petrus Regueiro, Lector Artium.

In Conuentu Sancti Petri Martyris Regalis Toletani Fr. Ieānes Thomas, Supprior Conuentus. Fr. Bentura Martinez, Acolytus. Fr. Ioannes de Henebra, Laicus. Fr. Frāciscus Egido, S. & P. A.

In Conuentu Sancti Pauli Burgensis, Fr. Franciscus Collantes Lector Artium. Fr. Ioannes de Igareda, S. Fr. Nicolaus de Arrizabal, Subdiaconus. F. Andreas de Aspeitia, Acolytus, & quidam Nouitius Laicus.

In Conuentu Sancti Stephani Salmanticensis, R. P. M. Fr. Frāciscus Picado, Prior Conuentus. Fr. Antonius de la Madrid, Præfentatus, prope centenarius cum opinione virtutis. Fr. Antonius de Zamora, S. & P. A. Fr. Antonius Trebollo, S. & P. A. Fr. Baltasar Requexo, Prædicator Generalis. Fr. Franciscus de Elicalde, S. F. Ioseph Izquierdo, Diaconus. F. Petrus de Santillana, Acolytus.

In Conuentu Sancti Dominici Legionensis, Fr. Antonius Florez, Subdiaconus & quidam Nouitius.

In Conuentu Sancti Dominici de Estella, Fr. Didacus Ruiz de Gaona, Laicus prope septuagenarius.

In Conuentu Sancti Pauli Vallis-Oletani, Fr. Petrus de Acosta, S. & P. A. septuagenarius. Fr. Antonius Nuñez, Præfentatus. Fr. Didacus Luengo, S. & P. A. Fr. Ioannes de Salcedo, S. octogenarius. Fr. Didacus Polanco, S. septuagenarius, cum opinione virtutis. Fr. Petrus Amoedo, Diaconus. Fr. Ioannes Gonzalez, Laicus. Fr. Dominicus Fajardo, S. Fr. Antonius Prieto, S.

In Conuentu Sancti Dominici de Benauete, Fr. Antonius de Palacios, Prædicator Generalis, sexagenarius.

In Conuentu Sancti Pauli de Peñafiel, Fr. Sebastianus de Bañuelos, S. P. A.

In Conuentu Sancti Dominici de Piedrahita, Fr. Andreas Martin, Supprior Conuentus. Fr. Ioannes Fernandez, Subdiaconus. Fr. Ildephonsus Martinez, Prior Conuentus. In eodem oppido, Soror Iosepha de Santa Rosa, Tertiaria.

In Conuentu Sancti Dominici de Lugo, Fr. Thomas Armelto, S. & P. A. Nonagenarius. Fr. Petrus de Soto, S.

In Conuentu Sancti Andreæ de Merida, Fr. Ioannes Perez Moreno, S.

In Conuentu Sanctæ Mariæ Regalis de Nieua, Fr. Bernardus de Palacios, Diaconus. Fr. Antonius Lopez, Laicus.

In Conuentu Sancti Dominici de Villalon, Fr. Dominicus de Zarate, Prædicator Conuentus.

In Conuentu Sancti Dominici de Huete, Fr. Ioannes Peña
Iuer, S.

In Conuentu Dominae Nostrae de Valbuena de Logroño, Fr.
Ioannes Belinchon, S. Sexaginta sex annorum. In oppido Licentia
tus Emmanuel Martinez, Tertiarus Profellus.

In Conuentu Sancti Dominici de Valencia de D. Iuan, Fr. Gas
par Salcedo, Supprior Conuentus.

In Conuentu Rosarij de Tordefillas, Fr. Petrus de Aybar, Pre
dicator Conuentus.

In Conuentu Sancti Spiritus de Palacios, Fr. Angelus Calde
ron, S. & P. A. Fr. Franciscus de San Vicente, Laicus.

In Conuentu Incarnationis de Truxillo, Fr. Franciscus del
Cortal, Lector Theologiae Conuentus. Fr. Bartholomeus de San
to Thomas, Laicus.

In Conuentu Sancti Vincetij Placentini, F. Ioannes Matheos,
Acolytus. In Ciuitate, Domina Stephania de Medina Tertiaria,
cum opinione virtutis, & singularis patientiae in infirmitatibus
quibus fuit vexata per annos multos.

In Conuentu Sancti Thomae Regalis Abulensis, Fr. Domi
nicus Fernandez, Praesentatus. Fr. Bartholomaeus Martin, S. &
P. A.

In Conuentu Sancti Ioannis Lateranensis de Sahelices, Fr.
Toribius Gonzalez, Supprior Conuentus. Fr. Franciscus Fernan
dez, S.

In Conuentu Pietatis de Villada, Fr. Philippus de San Iacinto,
Laicus.

In Conuentu Sanctae Catherinae de la Vera, Fr. Ioannes de
Gueuara, S.

In Conuentu Sancti Dominici de Guadalajara, quidam No
uitius.

In Conuentu Rosarij de Tudela de Nauarra, Fr. Ludouicus
Ximenez, S. Octuaginta quinque annorum. Fr. Franciscus de So
to, Lector Artium, cum opinione virtutis.

In Conuentu Sanctae Mariae Regalis de Trianos, Fr. Franciscus
del Maço, Supprior Conuentus. Fr. Dominicus Peñalua, Dia
conus. Fr. Petrus de Naua, Diaconus.

In Conuentu Sancti Dominici de Oviedo, Fr. Petrus de San
Iuan, Laicus, Sexaginta sex annorum.

In Conuentu Sancti Ginesij de Talauera, Fr. Bartholomeus Ramos, S. Septuagenarius. Fr. Franciscus Rodriguez Cano, Præsentatus, S. octogenarius.

In Conuentu Sanctæ Mariæ Regalis de Atocha de Madrid, R. A. P. M. Fr. Ioseph Congalez. Fr. Ioannes Lanza. S. P. A. Fr. Ildephonfus Alvarez, Laicus. Fr. Gabriel Brauo, Diaconus. Fr. Didacus Bacas, S. cum opinione magnæ virtutis, humilitatis patientiæ, & paupertatis amator, in oratione assiduus, in obedientiâ promptissimus, diuinæ voluntati valde conformis, ab esu carniû semper abstinuit, nisi obedientia cogente, in infirmitatibus lineis ad carnes nunquam vsus, itinera pedester conficiebat, nostrarum Constitutionum ad vnguem obseruantissimus, in quarum obseruantia semper viuens feliciter animam reddidit Creatori Fr. Didacus Deudal, S. Eximiæ virtutis, in obseruantia Constitutionum præclarus, à carnibus, & lineis semper abstinuit, linguæ obseruantissimus custos, semper de diuinis cogitans, placide diē clausit extremum.

In oppido Matritensi Licentiatus D. Bartholomeus Caltañaron, S. Tertiarius Professus. Franciscus de San Pedro. D. Petrus de Zauala, in Flandria Magnus Instructor militiæ, & à consilijs Catholicæ Maiestatis in Militari Conclauis, Tertiarius Professus. D. Hyacinthus de Contreras, Tertiarius Professus.

In Conuentu Sancti Dominici de Ocaña, Fr. Thomas de Melgar, S. & P. A. Fr. Ioseph Tenorio, S.

In Conuentu Sancti Pauli de Cuenca, Fr. Ioannes de Santo Domingo, Laicus. Fr. Franciscus Gallo, Acolytus. Fr. Antonius de Ayala, Prædicator Conuentus.

In Collegio Sancti Thomæ Complutensis, Fr. Eugenius de Alarcón, S. Fr. Ioannes Francisco de San Pablo, Laicus.

In Conuentu Sancti Dominici de Carrion, Fr. Franciscus Fernandez de la Barcena, Prior Conuentus.

In Conuentu Sancti Telemi de San Sebastian, Fr. Didacus Solar, Septuagenarius; & quidam Donatus.

In Conuentu Sanctæ Crucis de Villascussa, Fr. Petrus Nauarro, Laicus.

In Conuentu Sancti Spiritus de Aranda, Fr. Ioseph Ladron, Prædicator Generalis, S. & P. A. Fr. Guillelmus Riaño, Prædicator Generalis, S. & P. A. Fr. Ioannes Fernandez, Laicus. Fr. Bartholomeus de Escudero, S. & P. A.

In Conuentu Sancti Petri Martyris de Rioseco, Fr. Dionisius Antezana, S. & P. A.

In Conuentu S. Pauli de las Nauas, Fr. Lucas de Palacios, S.

In Conuentu Matris Dei de Alcalá, Quidam Nouitius.

In Conuentu Sancti Dominici de Soria, Fr. Ildephonsus de Zamora, Lector Casuum Conscientiæ.

In Conuentu Rosarij de San Saturnino, Fr. Ioannes de Leys, Supp. Conuentus.

In Conuentu Sancti Thomæ Matritensis, Fr. Iulianus Garcia, S. Fr. Ionnes Ramos, S. Fr. Antonius Cantudo, S. P. A.

In Conuentu Sancti Antonini de Yepes, Fr. Gaspar Fernandez, S. Sexagenarius. Fr. Hyacinthus Velbis, Prædicator Generalis, S. & P. A. Fr. Dominicus Canales, Laicus, Nonagenarius.

In Conuentu Sanctæ Mariæ de Iesvs de Valverde, Fr. Hyacinthus Perez de Ayala, S. & P. A.

In Conuentu Sancti Dickini de Astorga, Fr. Vincentius Fernandez, S. & P. A.

In Conuentu Sancti Andree de Medina del Campo, Fr. Didacus Moreno, Prædicator Conuentus.

In Conuentu Sanctæ Mariæ de las Caldas P. Fr. Ioannes Malfaz, Prior Conuentus, vere filius Sanctissimi P. N. Dominici cuius laus magna quidem, & eius eximie charitatis, & virtutis signum est, quod post plura virtutis exempla, in Collegio Sancti Gregorij Vallis-Oletani diu exhibita, spretis omnibus quæ honoris pro merito literarum, & virtutis in Religione sperare posset: Zælo diuini honoris salutis animarum, ac perfectioris vitæ succensus ad dictum Conuentum se cedens obseruantiam literarum nostrarum Constitutionum proposse sibi, & subditis statuit, quæ septemdecim annis vsque ad obitum conseruauit, & in illo Conuentu quantum potuit communiuit; nec secum nisi graui, ac vrgenti causa, in aliquo dispensationem admisit; lineistamen ob nullam licet grauissimam vnquam ad carnem est vsus; Cultum diuinum (quem singularissime dilexit) magna decentia, deuotione, & puritate excelsit; Corpus suum ultra austeritates Ordinis, varie, & acriter domabat, frequentibus disciplinis, magnis abstinentijs, multo tempore nullo lecto, sed in sella recubans, & vestitus somnium capiens: quo vsque grauibus valde, & diuturnis doloribus, & infirmitatibus exigentibus in his celsit. Puritatis suæ conscientiæ, profectusque vitæ sic sollicitus, vt ferè

per decēnium ante obitum, nec peccatum veniale ex plena deliberatione, in eo eius Confessor deprehenderit; & subditi (quod perfectius est) operantem semper viderint. In verbis semper vtilis, numquam otiosa, sed de Deo, aut ad Deum ordinata loquens, & ad hoc verba, & colloquia, & si indifferentia mirā discretionē reducens. Semper in communitate verba inutilia deuitās, Fratres que in proficua conuersatione conseruans, atque assidue ad perfectius, verbo, & opere magna prudentia (qua in consilijs, & dirigendis animabus pollebat) eos deducens. Mirum autem valde, sui, & subditorum exemplo, & prædicatione quantum ad deuotionem Sanctissimi Rosarij, ac Sacræ Deiparæ corda illius gentis, pro maiori parte tunc ignorantij plenæ, sint inflamata, quot, & quantæ ignorantia depulsa, quot vitia publica, & diuturna, eliminata, quot odia extincta, ac inimicitia sedatae sint: & quam vberes fructus animarum, nedum ex vicinis populis, sed ad plusquam viginti leucas distantibus illuc in magno numero assidue conuenientium, Deo sint oblati. Tædem post multos labores, calumnias, & tradiciones, variosque animæ, & corporis diros cruciatus: omnibus tamen, vt Dei minister in multa patientia, ac inuicta fortitudine toleratis; integerrimo que semper pectore oppugnatoribus virtutum, ac zelo Iustitiæ ad omnes constantissime habitus, simul que magna mansuetudine, & humilitate, etiam ad inferiores præditus, omnibus terribilis, atque amabilis semper exhibitus placide obdormiuit in Domino, anno ætatis suæ propè quinquaginta sex, ab ingressu verò Religionis, circiter quadraginta tres, ad cuius obitus noticiam commoti ex vicinis oppidis fideles cæteruatim ad videndum *sanctum* (hoc enim nomen ei dabant, & communiter apud omnes in hac opinione erat) prius quàm sepeliretur confluxerunt. Qui inhumatus vsque ad tertium diem, ob deuotionem gentis manens, ita pulcher ac hilaris vultu erat, ac si viuus, & sanus, ac dulci sopitus somno esset: sic que animos intuentium exhilararet, & inter multas instantias aliquid defuncti penitentium, qui quidquam pro reliqua obtinuit scilicet se reputabat. Demum fragrantissimum sensisse spirare eius mantis odorem quidam fidedigni testati sunt, sic honorauit Dominus illum in morte, qui in vita tantopere eius zelauit honorē, & Beatissimus P. N. Dominicus cum qui tam magnam suæ Religionis reuerentiam, apud nobiles, & plebeios, sapientes, & ignorantes comparauit.

Fr. Laurentius de Santo Thomas, Laicus quadraginta triū annorum, obseruantissimus legum custos, & in bono communi spiritali, & temporalī notabiliter laboriosus: non nisi de Deo cum secularibus, & de his quæ ad eorum æternam salutem conducebant, illi sermo erat: exemplo quæ suo multos tum Sacerdotes, tum Sæculares, ad melioris vitæ frugem atrahaxit, in eleemosynis quotidianis petendis, ex intemperie temporis, fame, & alijs calamitatibus multo vexatus. Denique labore fractus, ad Conuentum rediens Sacramentis munitus, singulari quiete, & hilaritate quam simulare nequibat: ad vltimam vsque vitæ periodum, cum religiosissime de Deo colloquens. Animam Deo dedit.

Fr. Ioannes de S. Vicente, Laicus cum opinione virtutis, fuit singularis obedientiæ, eximiæ patientiæ, magnæ animæ simplicitatis, & nunquam inuentus est otiosus.

In domo Hospitij Conuentus Sanctæ Mariæ de las Caldas, obiit Domina Mariana Velarde, Tertiaria professa nostri Ordinis, nobilis genere, sed nobilior Christiana pietate, quæ ab infantia futuræ virtutis specimē dedit. Nondum quinquēnis cilicio corpusculum cepit affligere, & genuflexa coram imaginibus Sanctorum suas præces fundere. Crescente ætate creuit in assiduitate orationis adeoque in hoc profecit, vt grandæua iam nec exterioribus, & varijs negotijs anima eius ab intima Dei præsentia diuerteretur, ad vltimumque gradum orationis peruenerit: a Deo desuper illustrata, & magnis cumulata fauoribus mens eius fuit. Creuit etiam, & corporis maceratio (quam etiam in ieiunijs à quinto anno ceperat Sabbathis in illa ætate, solo pane, & aqua cõtenta, à fructibus, & delicatis cibus abstinens) asperitibus vtēbatur cilijs, in calceo clauum cuius acumen contra pedem ipsum lacerantem portabat: Crebris fragellis, & sæpe vsque ad copiam sanguinis se cedebat: noctes insomnis vt exercitij virtutum vacaret sæpe ducebat. Rudibus famulorum domus suæ cibus vescēbatur, ac præter alias abstinentias à carnibus multo tempore abstīnuit, & non nisi graui vrgente causa, & ex obedientia Confessorij eas gustabat. Super nudam tabulam, & multoties super positis truncis asperis spicarum maris diu cubabat, donec doloribus, & magnis infirmitatibus præssa, ac senili ætate compulsa humile pallearum stramen admisisit. Humilitate fuit magna, nullum infernae existentis locum sufficere suis criminibus iudicabat maiorem totius mundi peccatricem se esse credebat. Indignam luce immo

& ad pedes proditoris Iudæ iacere se æstimabat, & propterea sui
 despectum amabat, restante hunc amorem verum, gaudio, quo
 de se male loqui audiebat. Charitate erga Deum, & proximum
 se ostendit valde succensam, nam multum laborauit in vitandis
 offensis contra Diuinam Maiestatem mille vitas si haberet pata-
 ra exponere ne Deus ab aliquo offenderetur. Hinc magnopere
 in causa fuit, vt Pater Fr. Ioannes Malfaz, & alij socij ad illa mon-
 tana secederent, vbi nouerat magnam egestatem doctrinæ, in-
 ter multiplices ibi abundantes ignorantias, ac plures graues, & pu-
 blicas Diuinæ Maiestatis offensas, & vix dici potest quantum suis
 opibus ad hoc iubauerit, & vt Fratres ibi saluti animarum insis-
 tentes permanerent, quã magnas expensas fecerit. Item fuit in
 subleuandis miserijs proximorum eximia. Erat enim ipsa, & Do-
 mus eius refugium pauperum; solatium afflictorum, infirmorum
 & debiliũ recursus: omnes læta suscipiebat, & visceribus pie-
 tatis singularis, velut Mater fouebat, vestiebat, curabat, alebat,
 & si opus erat perse ipsam immunditias regebat: Patientia eius
 fuit mirifica varijs laboribus, infirmitatibus diuersis, diuturnis
 que, & grauissimis doloribus à Deo exercitata, tentationibus gra-
 uibus in omni genere probata, & maxime desperationis, per qua-
 tuordecim annos, ac alijs internis derelictionibus cruciata, varie
 vexata à dæmone, & ab hominibus, calumnijs, & detractioni-
 bus afflictã, semper placido vultu permansit, nec videbatur eius
 animus nisi pro Deo aliquid tolerando quiescere: & nedã pa-
 tiẽter sibi aduersantes sustinebat, sed speciali dilectione ipsos pro-
 sequebatur; atque oblata occasione beneuola ac læta suscipiebat;
 Denique assumpto aliquibus ante obitum annis habitu Ordinis,
 tria vota obedientiæ (cui fuit addictissima toto suæ vitæ tempore,
 & varie à Confessore multis annis probata, nec in minimo in-
 uenta est inobediens) Castitatis (quam singulariter amauit) & pau-
 pertatis (quam toto corde dilexit) emisit, vt sic in his virtutibus
 magis, ac magis proficeret; sic que facta virtutum exemplar. An-
 no ætatis suæ fere Sexaginta nouem, sæliciter vt pie creditur,
 animam Deo reddidit, communem mærorem, & plandum
 pauperum obitum tantæ Matris flentium, eius discessu relin-
 quente.

In Conuentu Sancti Blasij de Cifuentes, Fr. Emanuel Alcalde, Laicus.

NOMINA SORORVM DEFVNCTARVM.

In Conuentu Sancti Dominici Regalis Matritensis, M. Soror Felicitas del Hiermo, Octogenaria prope vere felicitas, vti ex-
plar obseruantia Regularis, abstinentia, pauperibus (licentia ob-
tenta) propriam elargiens alimoniam, tenacissima, quater in Sab-
bathis pane, & aqua contenta alijs, oleribus, & fragmentis panis à
Sororibus relictis alebatur. Nunquam lecto cubans nisi duabus in
infirmatibus, obedientia præcunte. Cella in qua sibi cœlum,
Chorus; in omni virtute exercitata, plena meritis creditu digna
amplexata est palmam pro perituris æterna commutans.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ de Madrid M. Soror Catherina de Arçe y Zalduar.

In Oppido Matritensi, Maria de el Spiritu Sancto, Tertiaria
professa. Doña Maria Enriquez Dauila, Tertiaria professa. Doña
Petronila del Castillo, Tertiaria professa.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ de Valladolid, M. Soror Vio-
lante de Ribadeneyra, prope Octogenaria. M. Soror Ioanna de
Medrano, Septuagenaria. M. Soror Elena de Castilla, Septuage-
naria.

In Conuentu Matris Dei de Valladolid, M. Soror Catherina
Crema. Soror Andrea Rodriguez. Sor. Iacinta Vezino.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ Abulensis, M. Soror Francisca
de la Madre de Dios, Centum, & viginti annorum. M. Sor. An-
tonia Ramirez de la Espada. M. Sor. Ana Maria del Aguila, Sexa-
genaria. M. Sor. Elisabeth Galindo, Octogenaria. Sor. Maria The-
refia.

In Conuentu Sancti Dominici de Caleruega, Fr. Ioseph de
Quintana, Parrochus, S. & P. A. M. Soror Ana de S. Phelipe, Cen-
tum & quinque annorum. Soror Agueda Rodrigo. M. Sor. Catherina
de Orduño, Septuagenaria.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ de Belmonte, M. Sor. Ana de
Omá, Nonagenaria. Soror Angela de Roxas. Soror Antonia de
Toledo.

In Conuentu Dominarum Zamorensi, M. Soror Francisca
Ramós, Priorissa. M. Sor. Marcela de Ledesma, Priorissa. Soror An-
tonia de Herrera M. Sor. Maria de Alcantara. M. Soror Antonia
de Guadalajara, Octogenaria.

In Conuentu Sancti Petri Martyris de Mayorga, Soror Elisabeth de Zambranos.

In Conuentu Pietatis de la Casa de la Reyna, M. Soror Elisabeth de la Madre de Dios. M. Soror Petronila de Arana. M. Soror Potenciana de Ollauri, cum oppinione virtutis, & singularis tolerantiae, & patientiae in continuis infirmitatibus, per viginti annos. M. Soror Ana Maria de Puellas. Soror Elisabeth Baptista de Zegama, & quaedam donata septuagenaria.

In Conuentu Incarnationis de Bilbao, M. Soror Maria Antonia de Arana, Priorissa, cum oppinione virtutis. Fr. Antonius Fuiça, S. Fr. Petrus Ramirez, Laicus. M. Soror Iosepha de Ormachay San Pablo, Priorissa. Soror Antonia Francisca Zarricolea, octogenaria. M. Soror Maria de los Angeles, prope octogenaria.

In Conuentu Sanctae Mariae de Maçote, M. Soror Ludouica de Arrieta, octogenaria. Soror Elisabeth de Valle. Soror Ana Pinto. Sor. Emanuela de Aguilar. Sor. Ana Vallecillo.

In Oppido de Galisteo D. Laurentia de Andrade, Tertiaria professa, cum oppinione virtutis, quæ plusquam viginti millia aureorum legauit pauperibus.

In Oppido de Madrilejos, Maria de Mayorga, Tertiaria.

In Conuentu Sancti Dominici de Lequeytio, M. Soror Maria de Santa Clara, nonagenaria. M. Soror Maria de la Trinidad, septuaginta trium annorum. Soror Maria de Santo Domingo Soriano y Azterrica, Trigintaquinque annorum, cum oppinione virtutis, quæ per spatium duodecim annorum omnino impedita corporis motu, per sex ferme inlecto grauioribus vexata doloribus propriam in diuinam resignans voluntatem mirabili exemplo, & patientia: pro comperto iuxta sui Confessoris depositionem grauer offendisse Deum, numquam habetur.

In Conuentu Dominarum Salmanticensi, M. Soror Maria de la Presentacion, nonaginta quinque annorum. M. Soror Maria de la Cruz, septuagenaria. M. Soror Maria de Monrroy, sexagenaria. Soror Theresia de San Iuan. Soror Ioanna de Zuñiga. Soror Emanuela de Mondragon, Laica. Soror Ana de la Encarnacion, Laica. Soror Francisca Ruiz. Soror Maria de San Ioseph, Laica, nonagenaria, quæ non creditur mortifera animam fœdasse corruptela: Confessorum existimatione virgo mente, & corpore. Quadragenaria Ordinem professa, utilis, & fidelis Monasterij temporalium dispensatrix, sudore proprio diuoque fulta fauore magnificum est

agressa opus, & perfecit. Observatrix legum, nequē ab oratione vacabat, neque continuus corporalisque labor deficiebat, cum quo insonnes iungebat in oratione pernoctans horas, corpus cathenis ferreis, asperrimisque flagellis cilicio domans cruentabat. Per longa horarum spatia noctu diuque immobilis admiratu dignum permanens. Obedientiæ promptissimæ summam cordis, & operis humilitatem coniungens: tota eius vita, pœnitentia continua abstinentia congeminata: genua ex assidua genuflexione membris licet debilibus, & laboribus fracta callo tumentia: carne quamuis infirma, spiritus promptitudine, & feruore sanata clavis quasi affixa ante Dominum genibus oboluta: debilitate languida, morbis, & ætate plena dissolui, & esse cū Christo cupiebat. Multis ante obitum annis (vt soli Deo placide decantaret) à solatio Monialium secessit. Cæca iam, & surda, intus legens, & verba Sponsi audiens virtutis radia emittebat. Ex obedientia in vltima senectute in lectulo cubans continua contemplatio sopire impediēbat. Charitate flagrans paupertatē vsui temporalium abnegata Priorissæ prouidentia pendens exornauit. Vno ante obitum anno neque improbissima frangere laborauit, sed à Domino insperate sedata tempestas facta est tranquillitas magna, vt procellis, & turbationibus semotis diuinis delectaretur edulij, vt iterum amentia sopita exhilararet animam, sanctimoniam reliquens dignam æmulatione sancta, opinionem.

In Conuentu Sanctæ Margaritę de Hermua, Sor. Antonia de Santa Rosa, cum opinione virtutis. M. Sor. Francisca de los Angeles, prope octogenaria.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ de Alcalà, M. Sor. Catharina de Orozco. M. Sor. Cipriana de Alcantara. Sor. Maria de Iesvs, Laica, omnes octogenariae.

In Conuentu Sancti Spiritus de Benauente, Fr. Antonius Mòtero, Confessor Conuentus. Sor. Vrsula de Vibaico. Sor. Augustina de Ossorio. Sor. Iosepha de San Roman. Soror Margarita Montoro.

In Conuentu de Iesvs Maria de Toledo, M. Sor. Maria de la Cruz, sexagenaria: triginta annis in saeculo cum exemplo virtutis vixit; innata charitate apud proximos, erga pauperes radiantem deplorans pluries visam eorum nuditatem, & indigentiam. Nouitia repente cæca facta est; mærore confecta habitu exiit à Conuentu, egressa deperditum thesaurum plorat, post quatuor dies
restitit.

restituta luci, secundo recipitur ad habitum cum lætitia omnium & sua; ibi virtutum omnium exemplar ad obitum vsque perseuerans, animam feliciter Deo reddidit.

In Conuentu Incarnationis de Plasencia, M. Sor. Ludouica de Ayala nonagenaria. Sor. Dionisia de la Assumpcion. Sor. Maria de San Bernardo, Laica.

In Conuentu Sanctæ Mariæ de Veluis de Santiago, M. Sor. Hyacintha Enrriquez, octogenaria M. Sor. Maria de España, nonagenaria, M. Sor. Mariana de Moscoso, nonagenaria. M. Soror Agnes Fariña, Centenaria. M. Sor. Maria Pascual Sor. Mariana de Valdès Sor. Maria Magdalena de Alfeyran. Sor. Maria Carantonia, sequenti die à professione mortua.

In Conuentu Pictaris de Palencia, M. Sor. Francisca Moreno. Sor. Ana de Iesus, Laica prope nonagenaria: ab incunabulis semper Deo dedita, omne malum deuians, à teneris annis luce radiante rationis, sic amore Dei succensa, vt per multas horas assidue orans, in Deum meditaretur, quin ab hoc labor cotidianus domesticus, aliquantulum distraharet; tantum in eo profecit exercitio, vt pluries in extasim rapta immobilis longo permaneret tempore; infesto Angelici Doctoris (cuius deuotissima fuit) ante eius Imaginem in Ecclesia Sancti Pauli eiusdem ciuitatis orans, anxie vexata, eo quod legere nesciebat, vt ex librorum lectione amplius in spiritualibus proficeret, à tali Magistro edoceri petijt; à sensibus alienata, & intime Deo in extasi vnita, quid in eo euenit nūquam indicauit; ad naturalem motum rediens librum assumpsit, tam expeditè in eo legens, vt si in eo studio plurimum consumpsisset temporis; vt Confessores exponunt. Modestissima in vultu uenerationem aspicientibus infundeat: ante habitus susceptionem penitentij, disciplinæ, ieiunij, & cilicij abundabat. Etatis anno vigesimo quarto habitum suscepit, in Monasterio virtutum exemplar per totam vitam dono lacrymarum prædita, tanto Dei amore adurebatur, vt solo Dei nomine ab alijs audito clarum, cristalinum ardentemque vultum manifestabat, vt attestantur omnes eiusdem Conuentus Moniales, molestissime ob singularem humilitatem extasies proprias subiens, in vigilia Sancti Thomæ Aquinatis, ab eo impetrauit, eorum deinceps carentiam per viginti sex annos continuos officium procurationis exercens, nec minima quærela ab ipsa, neque ab alijs Sororibus audita; immò vultu hilari omnibus grata, neque ob hoc ab oratione, & ab alijs exercitijs cessabat.

bat, vt tota in toto, & tota in qualibet sui, & communitatis ex-
 pectio videretur: famelica semper pro pane cœlesti suum pabulum
 appellans, morior aiebar, die quo tale nō gustabat spirituale nutri-
 mentum. Aliquando de aliquo lætali crimine, si forte commissio
 in vita quæsitā, gratias Deo aiens, non venit in mentem. Graui-
 bus à dæmone vexata molestijs contra castitatem tela ingente,
 semper victrix euasit. Per multos annos tor licet pœnitentijs, dis-
 ciplinis grauata, numquam in lecto cubans, donec præcepto obedi-
 diens in vltima senectute id exequuta sit: Legum omnium nostra
 obseruatix, neque in vltima infirmitate lancem amittens
 tunicam. In vltima viræ periodo multos se conspicisse circundan-
 tes lectum Sanctos dixit, eamque visitasse Mariam Santissimam
 Dominam Nostram, Sanctam Catherinam, Sanctam Agnetem, &
 Beatissimum Patriarcham Nostrum Sanctum Dominicum testa-
 uit Confessarius, qui ter eam generaliter in Confessione absoluit.
 Animā numquam fœdasse grauitè: & aliquando culpas leues pe-
 nitus ignorans, nequibat eam consolari, se grauissimam peccatri-
 cem acclamantem pene cæca, & doloribus plena humillime pete-
 bat, ad Confessionariū adduci, & Confessor dicebat, tunc dolorem
 non sentire. Post mortem facies iam propter senectutem denigra-
 ta, aliquantulum formosa apparuit. Plena bonis operibus, & senio
 confecta, fœlicem (vt piè creditur) exitum habuit. M. Sor. The-
 resia Rexon. M. Sor. Catherina Cisneros.

In Conuentu Sanctæ Mariæ Regalis de Medina del Campo,
 M. Sor. Antonia de Neyra, septuagenaria. M. S. Maria Enriquez.

In Conuentu Sancti Dominici Regalis Segobiensis, M. Soror
 Ysabel somoça, nonaginta sex annorum. Sor. Eluira de la Con-
 cepcion, Laica sexagenaria. Sor. Ioanna de Iesus, Laica, octogin-
 ta trium annorum, cum opinione virtutis. M. Sor. Damiana de Ri-
 uera, octoginta trium annorum.

In Conuentu Sancti Philippi Pœnitentiæ Vallis Olerani, S.
 Magdalena del Sacramento. Sor. Catherina de San Francisco. S.
 Iosepha de San Antonio.

In Conuentu Sanctæ Crucis de Victoria, M. s. Catherina de
 sena Oruño, octoginta quatuor annorum M. Sor. Ana de san Ber-
 nardo, septuaginta quatuor annorum. Sor. Bernardina de la Pari-
 ficacion. Sor. Margarita de santa Theresa. Sor. Iosepha Euange-
 lista de salinas.

In Conuentu Matris Dei de Olmedo, M. Sor. Maria de Zua-

60, septuagenaria. Soror Francisca de la Peña Laica.
 In Conuentu Pietatis de Bejar, M. sor. Ioanna del Nacimien
 ro, octogenaria, maxima cum virtutum opinione: charitate, hu
 militate, zelo diuini honoris, obseruantia regulari, beneficentia
 erga omnes, ac altissima paupertate diues: manus sic aperuit ino
 pia, vt ex à fluenti temporalium copia (ipsa posthabita) esset om
 nia omnibus, tota è dulcissimi sponsi, ac obedientiæ nutu (semetip
 sa abnegata) pendebat: otio ita bellum indixit, vt neque diebus,
 neque noctibus, à colloquijs Diuinis, & oratione cessaret. Beatissi
 mam Virginem Mariam, Sanctam que Rosam, quarum suffragio
 magna (qui potens est illi fecit) tenerrime dulciterque salutabat.
 Tutelarum Angeli solatione semel ac visibiliter fruebatur. Et
 quia vasa figuli probat fornax, nostræ naturæ figulus, quindecim
 ante obitum annis, miris modis probauit sui honoris vasculum: ar
 doribus siquidem exusta intercutaneis, capitis graui dolentia ex
 quodam globulo in coronæ forma redacto, quo dirissime torque
 batur, præsertim singulis sextis ferijs; podagricis humoribus, sur
 ditate, luminum orbitate, ac omni sui corporis penitus destituta
 motu iacebat. Tantas inter cõstituta ærumnas illud sæpissime pro
 ferebat: *fiat dilectè mi Sponse Iesu, tua in me, & omnibus voluntas*
carceris horrendo ergastulo plus torqueri mereor, plus pro me miseri
corditer pertulisti. Luctabatur frequenter cum dæmonibus, mul
 tis que illorum molestijs vexabatur; capitegium, vestes, ac lectu
 li stragula accipientes maligni spiritus, eam è stratu eicientes in
 terram, (horrida methamorforis) nunc rabidi canis, nunc atrifelis
 specie vngulis dilaniandam minabantur, quibus illa imperterrita
vade (aiebat) *cruenta bestia, tormenta tua non timco, nam sine Dei vo*
luntate, quid efficere vales? sine causa cruciarijs prosequendo; nec illi
 defuere detractiones, ac obloquutiones dicentes aduersus eam om
 ne malum, at illa erat gaudens quod digna habita esset pro nomi
 ne sui Sponsi contumelias pati. Cœlestibus irradiata fulgoribus vi
 saest, se insulgenti collocatam throno aspexit. Cordis arcana
 detexuit, ac futura alia prædixit, epistola, quendam longè agentē
 à proposito deterruit. Fuit in Matrimonio, ac toto regularis vitæ
 cursu, penitentiæ exemplar, vitæ innocentia speculum: emisso
 spiritu in manus sui Sponsi, accidit etiam mirum; facies quæ sub
 obscura erat, manus, genua, ac totum corpus, quæ vi dolorum coh
 tracta erant, subito flexibilia, ac tractabilia sunt facta, vt adstan
 tium admiratione maxime esset, ac vestium particulas decerpen
 tes,

res, ac pedibus oscula infigentes pro magno munere plurimi sunt recreati.

In Oppido de Valdefuentes prope Bejar, obiit cum singulari virtutis opinione Maria de Santa Rosa, nri. Ordinis Tertiaria professa. Quinquenis perpetuo virginitatis voto se obstrinxit, ac abstinencia à carnibus, totius vitæ curriculum absque lethalis culpæ labe transegit; obedientia Confessori, ac temporalium contemptu mirabilis, ieiunium perpetuo illi commensale fuit, oleribus, & herbis contenta, & cum nimis siti afflaretur, per sex, & octo dies solita à potu abstinere: orationi, & meditationi sic addita, vt manuum operationi intenta tota in contemplatione esset: lectulus illi nullus, & quando illi opportunitas obuenerat in Conuentu Monialium, aut alio sacello totam in decantandis diuinis laudibus, ac meditationibus noctem ducebat in somnem, calicio, catenis, ac uleata cruce, ac disciplinis corpusculum domabat, ac tandem pœnitentijs afflcta, Creatori animam reddidit anno vigesimo octauo: corpus pulcherrima specie relinquens.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ Senensis Ciuitatis Taurenfis Soror Elisabeth de Torres, Laica.

In Conuentu Matris Dei Toletani, Soror Eugenia Nauarro. M. Soror Ana del Castillo, octogenaria, per quindecim annos omni gressu priuata singulari tollerantia, de lores perpeffa.

In Conuentu Probationis Vallis-Oletani, M. Soror Catherina de Aguilar, Suppriorissa.

In Conuentu Sancti Spiritus Regalis Taurenfis, M. Soror Siluestra de Cambray. Soror Elisabeth Martin. Soror Maria Roman, Laica.

In Conuentu Sancti Ioannis de Quixana, M. Soror Maria de S. Luis, sexagenaria. Soror Catherina de Villamar. M. Soror Ana de Santo Thomas, septuagenaria.

In Conuentu Sancti Dominici Regalis Toletani, M. Soror Agnes Ordonez. M. Soror Ana Vazquez, sexagenaria. M. Soror Leonor de Guzman, septuagenaria. M. Soror Ioanna Gisbert. M. Soror Maria de Herrera, septuagenaria. M. Soror Paula de Escobar, Sexagenaria. M. Soror Ana de Castilblanco, octogenaria. Soror Maria de Cisneros. Soror Florenciana de Soto. Soror Francisca Baptista Laica. Soror Ioanna de Santo Domingo, Laica. Soror Ildephonfa Blanco, Laica.

In Conuentu Sanctæ Anæ de Veluis, M. Soror Maria del Spi-

ritu Santo, septuagénaria. Soror Fráncisca de S. Iacinto. Soror Catherina de S. Agustín, octogenaria, Laica, & quædam Nouitia. In Conuentu Portæ Cœli Vallis-Oleti. M. Soror Mariana de Escobar.

In Conuentu Sanctæ Catherinæ Legionensis, M. Soror Maria Augustina de Lorençana. Soror Ana de Collantes.

In Conuentu Sanctæ Crucis Magdalenæ de Aldeanueuâ, F. Petrus Ximenez, Vicarius Conuentus. Fr. Ioannes de Castañeda. S. M. Soror Maria de S. Antonio, octogenaria. Soror Maria de Santa Ana.

In Conuentu Sanctæ Mariæ de la Noua de Lugo, M. Soror Antonia de Lollada, septuagenaria. Soror Maria Ostorio. Soror Elisabeth de Neyra.

In Conuentu S. Michaelis de Truxillo, M. Soror Ana Baptista. M. Soror Catherina de S. Antonio. Soror Maria de Iesvs; ferme annos viginti ætatis nata, tanto mortificationibus abunde agebatur, vt solo Confessarij imperio, & obedientia temperabatur, assidua in oratione, humillima, & Confessario a testante, numquã lethali obnoxia crimine. M. Soror Ana de la Natiuidad, octogenaria, cum opinione virtutis, & regularis obseruantia.

In Conuentu Sancti Iacobi Zamorensis, M. Soror Maria de Valencia.

In Conuentu Sancti Benedicti de Or ellana, Soror Gregoria de Santo Domingo.

In Conuentu S. Blasij de Lerma, M. Soror Ioanna de S. Gerónimo, octogenaria.

In Conuentu Sanctæ Mariæ de Valdeflores de Vibero, Soror Maria Mefsia.

In Conuentu Visitationis de las Fajardas de Medina del Campo, M. Soror Catherina de Paz. Soror Maria de Riuera. M. Soror Ana de Belmonte, septuagenaria, singularis patientiæ in infirmitatibus, in Choro semper assidua.

In Conuentu Sancti Ildephonsi de Santillana, Sor. Ioanna Maria de Santo Domingo, à primordio rationis exemplum virtutis vera Sancti Dominici Patris filia, in suarum legum obseruantia, singularis obedientia, ita vt neque minima sine licentia exequeretur. Multis vexata doloribus in vltima infirmitate, vt de latere in latus verteretur, ab absenti Priorissa licentiam demandari petijt, neque ante obtentam id exequuta. Innatus erat habitus obediendi

di hilaris vultu se in hoc honorari dicere solita. Paupèrrima spiritu, paupèrrima vestis nuncia spiritus, varijs pœnitentijs ex exquisitis instrumentis causatis fracta: Lectus ligna, & tabulæ, lapides ceruical, abstinentia rara, neque in vltima infirmitate carnem gustauit, neque extra horam prandij cibum aut potum vnquam degustans: tunica lanca mortem aspexit, & diem vltimum clausit ætatis anno trigessimò quinto, plures admiratione dignas, post vitæ cursum virtutes relinquens. Soror Petronila de Santa Rosa, obferuatrix Legum, in oratione assidua, obedientia ad Superiores summa, victu, & suppellectili Communitatis contenta, expensas proprias ex redditibus consignatas ante professionem, Communitati donauit: in sequela Communitatis assidua, ieiunia frequentia, ad orationem adhibebat, & vltra à Constitutione assignata pluries ieiunabat, disciplinas libenter subibat, alia multa spontaneè perpessa, infirmitatibus licet grauata, tandem linea tunica induta, in morte resoluitur.

In Conuentu Sancti Dominici de el Rossario de Tudela, M. Sor. Maria del Nacimiento, octogenaria, specialis virtutis, & obseruantix Legum, humillima patientissima, sine gemitu in infirmitatibus, triginta annorum spatio, neque ob hoc a sequela Communitatis deuians, præuenta assidua meditatione mortis, & pabulo cœlestis Eucharistix refecta, ac omni spirituali suppellectili munita, quieuit in pace. M. Sor. Raphaela de San Ioseph, septuagenaria.

In Conuentu Sancti Sebastiani de el Antiguo, Sor. Agnes de San Agustín & Berroiz, Sor. Augustina de S. Ioseph & Olachecha.

In oppido de S. Sebastian Francisca de Aramburu, Tertiaria professa.

In Conuentu Incarnationis de Cangas, M. Soror Gregoria de Valdes, septuagenaria, in toto tempore Religionis laneis semper vsa, nisi biduo ante obitum ex ordinatione medici, obedientia cogente, a media corporis parte caput versus vlcerebus plena, nunquam tamen ciulatum emittere visa est, obedientia promptissima, assidua in oratione, vere obseruatix Legum, & S. P. N. Dominici alumna: diues vita pura, pauper in peculio obiit in Domino.

In Oppido de Molbeltran, Soror Iosepha Lopez, Tertiaria professa.

In Oppido Sanctæ Crucis prope Molbeltran, Soror Feliciana Soberano, Tertiaria professa.

In Ciuitate Pampilonensi Domina Mariade Errazo, Tertiaria professa. Domina Francisca Gastellu, Tertiaria professa, vtraque Ordinis benefactrix, vtraque in communi acceptatione puritate animæ perficiens, vtrâque charitas amplexata, vtrâque humilitas ornauit, vtrâque pietas credit empyreum in perpetuas continere æternitates.

His tamen omnibus protestamur nullam aliam adhibendam esse fidem, & certitudinem, nisi illam quæ humana historia tribui solet: & omnia (vs par est) Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio subiicimus.

SUFFRAGIA PRO VIVIS.

Pro SS. Papa N. Innocentio XI. & felici statu totius Ecclesiæ. Q. S. V. M.

Pro Catholico, & Inuictissimo Rege nostro Carolo II. & Regina nostra Maria Ludouica, & Regina Mariana. Q. S. V. M.

Pro Eminentissimo D. D. Ludouico Portocarreto, S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Q. S. V. M.

Pro Excellentissimis Ducibus de Lerma, nostræ Prouinciæ Patronis, & singularibus benefactoribus, Q. S. V. M.

Pro Excellentissimis Comitibus de Benauente, & tota familia Benauentana, Q. S. V. M.

Pro Excellentissimis Marchionibus de Astorga, propter specialem beneuolentiam ad Ordinem nostrum, Q. S. V. M.

Pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Fr. Thoma de Robaberti, Archiepiscopo Valentino, quondam nostri Ordinis Magistro Generali, Q. S. V. M.

Pro Illustrissimo, & RR. D. D. Dominico de Guzman, Archiepiscopo Tuorenfi, ex Ordine nostro assumpto, Q. S. V. M.

Pro Illustrissimo, ac RR. D. D. Fr. Ildephonso de Santo Thomas, Episcopo Malacitano, ex Ordine nostro assumpto, Q. S. V. M.

Pro Illustrissimo, & RR. D. D. Fr. Thoma Carbonel, Episcopo Siguntino, ex Ordine nostro assumpto. Q. S. V. M.

Pro Illustrissimo, ac RR. D. D. Fr. Clemente Aluarez, Episcopo Guadicensi, ex Ordine nostro assumpto, Q. S. V. M.

Pro RR. P. N. Generali, Q. S. V. M.
 Pro RR. P. M. Fr. Carolo de Bayona, Caroli II. à Sacris Confessionibus, Q. S. V. M.
 Pro RR. P. M. Fr. Francisco de Reluz, quondam à Sacris Confessionibus Caroli II. nunc Supræmi Senatus Sanctæ Inquisitionis à consilijs, Q. S. V. M.

Pro nobilissimo oppido Benauentano, vbi benignâ liberalitate hæc nostra Congregatio recepta est, & pro quibuscumque benefactoribus huius nostræ Prouinciæ, Q. S. V. M.

SVFFRAGIA PRO MORTUIS.

Pro Beatissimo Papa nostro Clemente X. Q. S. V. M.

Pro Catholico Rege nostro Philippo III. Ordinis nostri benefactore, & Vxore eius Regina nostra Elisabeth de Borbon, & pro cæteris Hispaniæ Regibus Catholicis, Q. S. V. M.

Pro Serenissimo D. D. Ioanne Ioseph de Austria, Q. S. V. M.

Pro Excellentissimo, & Eminentissimo Cardenali Duce de Lerma, N. Prouinciæ Speciali Patrono, & totiûs nostri Ordinis vniuersali benefactore, Q. S. V. M.

Pro RR. P. M. Fr. Pedro Alvarez de Montenegro, Caroli II. quondam à Sacris Confessionibus, & ab eius consilio in Supreme Sanctæ Inquisitionis Tribunali. Q. S. V. M.

Pro RR. P. M. Fr. Petro Montes, Caroli II. quondam à Sacris Confessionibus, & in Supreme Sanctæ Inquisitionis Tribunali à Consilijs, Q. S. V. M.

Pro Fratribus, & Sororibus, qui à præcedenti Capitulo obierunt, & pro omnibus benefactoribus nostris. Q. S. V. M.

Et ordinamus, quod in omnibus Conuentibus, tam Fratrum, quam Monialium post notificationem harum nostrarum Ordinationum die opportuno celebretur. Missa de *Requiem* cum Vigilia, & Responsorio in fine Missæ, & assistentia totius Communivitatis. Cæteri autem Fratres, & Moniales Rosarium B. Virginis, vel officium Defunctorum.

Concedit R. A. P. N. Prouincialis, omnibus Fratribus, & Sororibus, quod expositis aliàs Cōfessoris, semel tantum eligere valeat à quo de præteritis casibus, & celsuris, quos vsque ad præsentium notitiam incurrerunt, absoluerint, sicut poterant ab ipso R. A. P. N. Prouinciali.

Sententias Iudicium approbamus, & assignamus Capitulum futurum celebrandum in Conuentu Sancti Ildephonsi Regalis Taurenfis Dominica *Deus qui errantibus*, die nona Maij, Anni Domini millesimi sexcentessimi octuagesimi tertij.

Omnem nostram auctoritatem diffinitiuam reseruamus vsque ad feriam tertiam inclusiue. Et his Actis scriptis, vel impresis, manu R. A. P. N. Prouincialis subscriptis, & sigillo munitis omnimodam fidem adhiberi volumus. Datis in nostro Conuentu Sancti Domini Benauentani. Die trigesima Aprilis, Anni Domini millesimi sexcentessimi octuagesimi primi.

Fr. Ildephonsus de la Vega Magister, & Collegij Sancti Gregorij Vallis Oletani Regens, primus Diffinitor.

Fr. Sebastianus Martinez Magister, Calificator Sancti Officij Inquisitionis, & Prior Sancti Rosarij Matritensis, secundus Diffinitor.

Fr. Ludonicus de Villazan Magister, & quondam Prouincialis, Calificator Sancti Officij, & Prior Sancte Mariæ Regalis de Atocha, tertius Diffinitor.

Fr. Matheus Caro de Montenegro, Presentatus, Prior Benauentanus; & quartus Diffinitor.

Fr. Hyacinthus Dubois
P. or. plus



Generales Indium approbatus. Et ad hanc Capitulum
fuerunt expressim in Consensu Sancti Hieronymi Regalis
Sacerdotum Dominici Deo qui servandus, die nona Mensis Aprilis
Dominici Illustri Reverendissimi obsequium fecit.

Omnia hactenus approbata diffinitionum retentorum et
que ad hanc certam includuntur. Et his Actis scriptis, vel impressis
in mensibus A. P. M. Provincialis sublevis, & Illustrius omnia
similiter adhiberi volumus. Datum in nostro Consensu 25
die Dominici Beatus. Die tertiis Aprilis Anno Domini
milliesimo sexcentesimo octogesimo primo.

Fr. Hieronymus de la Vega Regalis Collegii Sancti Hieronymi Vallis
Ordinis Sancti, prius D. Prior.


Fr. Hieronymus de la Vega Regalis Collegii Sancti Hieronymi Vallis
Ordinis Sancti, prius D. Prior.


Fr. Hieronymus de la Vega Regalis Collegii Sancti Hieronymi Vallis
Ordinis Sancti, prius D. Prior.

Fr. Hieronymus de la Vega Regalis Collegii Sancti Hieronymi Vallis
Ordinis Sancti, prius D. Prior.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







A. Cas. de la J. P. Provincial
del Año del 1683

[Illegible signature]

1683

